



CASPARIS DORNAVI

# CHARI DE MUS,

2 digit hooft, 2 é

DE MORUM PULCHRITUDINE,  
ON IN NECESSITATE, UTILITATE,  
ad civilem conversationem,

ORATIO AVSPI-  
C A L I S,

Habita  
in Illustri Panegyre  
gymnasi Schönaichi ad Oderam.

PRIMITIÆ, CHALCOGRAPHICÆ

JOANNIS DÖRFERI VVITEBERGENSIS,  
TYPOGRAPHI SCHÖNAICHI

Bethaniæ Elyfiorum

an. C I O . I O C X V I I .





Illustri Domino,  
GEORGIO RUDOLPHO  
à Zedlitz in Brigg &  
Mirschau,

SAC<sup>z</sup> CÆS<sup>z</sup> MAJES<sup>tis</sup> CONSIL<sup>rio</sup>  
 DUCAT. GLOGOV. PRO-DUCI  
 M A G N I Fco,

DOMINO ET PATRONO MEO  
OBSEQ. COLENDO,  
HUNC

# CHARIDEMUM

L. M. Q.  
OFFERO, CONSECRO

CASPAR DORNAYIUS

[illegible]

4.11.2005

P R Æ L O Q U I U M.

**R**udenter fecisse religioſeq; , more ſuo, creduntur veteres : qui ſana dedicantes, in quibus variū ſermones haberentur, Mercurium adjunxerunt Gratiis; ſignificaturi id, quod ratio planum facit: orationem, cujus Præſidem fingebant Mercurium, benignis auribus, quales Gratiarum prædicabantur, hauriendam eſſe. Quamvis enim multi nec argutè res ſublimes invenire valent; nec inventas appoſitè concinnare; nec concinnatas eloquii veſtire ornatu; nec ornatas decorâ actione quadante-nus animare: non deſunt tamen, qui ſæpe mediocres declamatores, ſæpe infra mediocritatem conſiſtentes, patienti cum lubentia audiunt. Illud enim anticipatum habent iudicio: nullum unquam feciſſe verba oratorem, tam aut ſterilem, aut miſerabilem: quin aliquid ſaltem mentibus ſubjecerit; quo vel meliores vel doctiores facere volentes attentosq; poſſet. Nimirū & in agris inter ſpinas & tribulos

\* asperam &

inter anonin

Int'rd:m

florent lilia

Leucoia.

ἡ ἀπὸ τῆς ἀνώνυμης  
φύσσεται μετὰ τὴν ἀνθρα λεικοῖαν.

Docuit hoc dies dudum, in confessu amplissi-  
mo, loco ad dicendum ornatissimo: cum ora-  
tionem auspicalem lectionibus meis præmit-  
terem. Et si enim nō dotatus adeo Suadæ mel-  
liniis conscēdebam cathedram: secundis ta-  
men eò usq; ventis provehebatur mea dictio:  
ut sine tempestate, adjuncta favonio attentionis  
nobilissimę coronæ audientium, portum, quę  
sibi proposuerat, consecuta fuerit. Ego verò  
tam mei non sum, neque amans, neque igna-  
rus: ut mihi hanc felicitatem imputatū eam:  
quæ alienæ est virtutis, & omnibus numeris  
adscribenda generosis mentibus: quibus cum  
ita per naturam comparatum est, & adsuetu-  
dinem: ut quod diviniore esse velint, eò hu-  
maniùs aliorum dicta accipienda esse existi-  
ment. Exiis Te mihi contigisse gratiosum  
Auditorem, VIR MAGNIFICE, non minùs  
mihi gratulor; quàm vel Maro sibi, vel Flac-  
cus fuerit gavisus: quorum auditoria fre-  
quentare Octavius Cæsar minimè dedignatus  
fuit. Atqui ut constet monumento luculen-  
tiori;



tiori; quàm mihi volupe acciderit, dicam etià  
honorificum, abs Te fuisse pro suggestu au-  
ditum: illud planè pleneque hac prælininari  
epistolâ contestandum puto: sed & gratias eo-  
dem nomine habeo, quas mortalis concipere  
animo potest immortales. Juxtà porrò no-  
lim esse injurius in Persarum leges ritùsve, ut  
opinor, haud absurdos: quibus cautum acce-  
pimus: ne quisquam ad alloquium Regis, aut  
Deorum, aut Magnatum prodiret; nisi mu-  
nusculo instructus, quod ad pulvinaria eorum  
deponeret. Depono & ego donariolum char-  
taceum ad pedes Tuos: Te submisè rogo; &  
si pateris prehendo genibus: ut quo vultu me  
audivisti expromere hanc dissertationem me-  
am; eodem etiam, hoc est, sereno & placido,  
exituram in vulgus, manu Tutelari suscipias.  
Equidem maluissem tenebris eam damnare:  
cùm difficile sit, loqui publicitus seculo tam-  
tenero; delicato, lubrico. Etiam illud obhæ-  
rebat animo: non perinde esse scripta alicujus  
usurpare oculis; quàm coràm audire peroran-  
tem: ubi vox viva subit altiùs, movet acriùs:  
sæpe etiam *vocem verbaq; vultus habet.* Æschines

sanè cùm Rhodi exul recitaret orationem suâ,  
quam Athenis habuerat adversus Demosthe-  
nem: Rhodii demirati sunt; tali oratione fuisse  
condemnatum. At desineretis mirari, ajebat:  
si coràm audivissetis, quo ore adhæc Demo-  
sthenes responderit: inditium faciens haud  
obscurè; quanti sit, actuosâ voce dicentē au-  
scultare. Verùm si mihi nihil reliquū est splen-  
doris; cuius non sum adeò siticulosè appetens:  
gloria certè obsequii relicta est. Debeo illud  
omninò, & sine tergiversatione ILLVSTR.  
DOMINO, DOMINO GEORGIO LIB. BARONI  
SCHONAICHIO: qui hanc orationem voluit  
exstare primum opus; quod quidem typis ex-  
scriberetur Chalcographi, nuper ad commune  
bonum non modò gymnasi nostri, sed patriæ,  
sed Ecclesiæ, sed totius Reipubl. literariæ, libe-  
ralissimâ illius gratiâ evocati. Qua in re,

*— si parva licet componere magnis*

bene quoq; ominari liceat: quod tamen cum  
præfatione modestiæ nostræ intelligi velim.  
Dicam enim: singulare quiddam videri possit:  
primò omnium ex officina nostra libraria ius-  
su ILLVSTR. PATRONI emanare orationem,  
de cultura morum & officiis in societate hu-



mana. Nam & in ipso typographiæ anno quã-  
si natalitio, M CCCC LXVI. primum  
opus prodivit, quod M. Tullius, ab argumen-  
to nostro haud alienum, de officiis inscripsit:  
sive artis impressoriæ auspex Guttembergius;  
sive Fustius extiterit potiùs: quod subindicat  
exemplar, membranâ excusû; in bibliotheca  
apud Augustanos Vindelicos conspiciendum.  
Tibi verò, GENEROSE DOMINE, cur non pri-  
mum hoc opusculum offerā? qui non tantum  
in Ducatu isto patrio primus es loco & Pro-  
ducis nomine: sed in omni doctrinæ parte, in  
virtutis quoq; theatro spectatissimo, ita nu-  
meratis primus; ut ex ordine Tuo pauci nu-  
merentur secundi. Haussisti sanè hæc semina  
ex Illustri Tua stirpe: quæ ante quinq; secula  
celebritate nominis, ex rebus præclarè gestis,  
palmare decus meruit. Neq; verò satis erat vas  
purum à natura accepisse. Liqueores etiam in-  
fudisti illi pretiosos doctrinæ & virtutis, sanè  
ab extrema pueritia: in qua flos ille præcursor  
jam tum bonæ indolis, spem faciebat: quid  
dico spem? signum evidentissimum extu-  
lit, monuit: cursum ætatis non exspe-  
ctan-

Standum esse in festinatione virtutis. Quo  
tanto Tuo bono nunc meritò gaudet Patria:  
cui pro tribunali regio ita præes, bonorum  
applausu, ipso etiam prolubio Cæsaris Augu-  
stissimi: ut neq; feroces præsidium inveniant  
in moderatissima Tua lenitate: nec miseri aut  
oppressi desiderare quidquam jure possint in  
clementia Tua & humanitate. Ea enim tanta  
est: ut ne quidem fandi potentissimo tam lar-  
ga verborum copia, tam felix suppetat: quæ,  
cùm eam attingere ausit, non aut circumven-  
ta numero videatur; aut obterere dignitatis  
Tuæ magnitudinem, aut splendorem autori-  
tatemq; obsolefacere. Dabit autem veniam  
hæc ipsa, qua de loquor, benignitas Tua: si  
qua fortè prolixior me liberiorq; fecit  
veritas: aut si hac compellatione importunū  
me reddidit mea ipsius confidentia: quæ non  
nisi amplissima quæq; à Magnificencia Tua &  
commodis meis & ornamentis pollicetur. In  
quo omine finio: Te florentem autoritate, vi-  
gentem incolumitate vivere diutissimè atque  
valere, cœleste Numen veneratus, opto. Be-  
than. ad Viadr. prid. Eid. Mart. Lan. c. 10. 16 cxvii.

V. CL<sup>mo</sup>

DN. CASPARI DORNAVIO

recuperatam valetudinem.

&

conscensam cathedram  
in Illustri gymnasio Schönaichio  
gratulantur.

SALVS & gratia à MVnDI  
saLVatore.



*Uncius ad nostras postquam pervenerat aures ;  
Te rursus morbo decubuisse gravi :  
Me jussit pietas, atq; intimus ardor amoris  
Sincera tecum condoluisse fide :  
Proq; salute tua ferventia fundere vota ;  
Irrita quæ verax non finit esse DEVS ;  
Auxilium differt interdum : non tamen aufert ;  
Compensatq; graves utilitate moras :  
Exercet varijs, quos diligit ipse, periclis,  
Infundens melli fellis amaritiem :  
Vulnerat & sanat ; prosternit & erigit, ornat,  
Et beat afflictos, incolumesq; fovet.  
Erga tot arumnas & post discrimina vitæ  
Gaudeo, te genio convaluisse bono.  
Triste Novenarum lugebat turba Sororum ;  
Tot mala Cultorem sustinuisse suum.  
Iam nova lætifico testantur gaudia plausu,  
Collapsas vires restituisse DEUM.  
Formosa Quercus generosa è stirpe Dynasta,  
Silesiæ columen, Pieridumq; decus,  
Te salvo gaudet pulchrè florere Camænas,  
Atq; orthodoxam cum pietate fidem :  
Doctæ Scholarcharum corde exultante Corona  
Plaudit, & incolumi te studiosa cohors.*

B

Quanta



*Quanta pili conjunx, & dulcia pignora lecti  
 Cum succro latâ jubila voce sonant?  
 Cernis ut attollant gaudenti pectore vultus  
 Cum Moravis Boji, Slesia, Lusatii.  
 Plausus ubiq; sonat; quod vite vesceris aurâ  
 Et declinaris lugubre mortis iter.  
 Mirè servavit te dextra benigna Iehova,  
 In cujus manibus forsq; salusq; tua  
 Ejus consilio sub lucis nascimur auras;  
 Illius arbitrio vivimus & morimur.  
 Hic tibi longave det vivere tempora vite  
 Publica quod crescat te mediante salus,  
 Plurima que patitur discrimina morte bonorum  
 Fataq; doctorum damna secuta Virum.  
 Vive diu, multosq; vale feliciter annos:  
 Optatisq; meis det meliora DEUS.  
 Scriptum benevolentia  
 & amoris ergo.*

à

*Caspere à Metzeraad in Doberschitz  
 sacr. Cesar. Majest. Consil. & Mar-  
 chionat. Lusat. superioris præfecto  
 XXV. Januarii Anno Christi  
 DeVs aspera si non  
 Fata LeVat prorsVs, LenIt taMen aspera fata  
 I. M.*

---

**M**ORTA soporifero redimita papavere frontem,  
 Iam bis DORNAVILLI tollere visa fuit.  
 Causa erat Invidia; quod multos ille per annos  
 Subtraheret regno millia multa Necis;  
 Nunc Medicâ arte trium cobibens rata fila Sororum;  
 Nunc animos recreans Nestare & Ambrosia;  
 Nestare & Ambrosia; non qualem Iuppiter olim  
 Divorum in Mensis tangit, HOMERE, tunc;  
Sed

*Sed quam doctiloquum cultissima secla virorum  
 Floribus innumeris suppeditare solent:  
 Quæis immortales Animi servantur in usus;  
 Quæis Lethe & Lethum pellitur horrificum  
 Ista ferens graviter geminos Mors intulit ictus;  
 Iamq; in diversis tractibus occiderat:  
 Cum Patris æterni, cui sunt Mortalia cura,  
 Filia, suppetius mox Hygieia tulit:  
 Non, ait, evenient; quæ Morta invisa parasti;  
 Tam carum nondum tempus obire caput;  
 Nec fas, ut Medica jam desituetur ab Arte,  
 Innumeris Medicus corporis atq; animi.  
 Nec mora; languentes vis pistrina roborat artus;  
 Ingenioq; redit, qui fuit antè, vigor.  
 Iamq; Calodrya per Tempe, ripasq; Viadri  
 Cum Charisim Musas in sua vota ciet.  
 Vive diu, & MORES tenera moderare Iuventa,  
 DORNAPI; in Te jus non habet ulla Febri  
 Benevolentix testandæ S.  
 Tobias de Schwanensche & Bregoschitz  
 Cognom. SCULTETUS, Hæredit. in  
 Hirsfelda. II. Augustiss. Imper. Consil. &  
 Commis. Comes Sacri Palatii, Regii per  
 Silesiam & Lusat. infer. Fiscii Patronus  
 & JCtus.*



*DORNAPI, decus & columen prelustre Sophorum,  
 Aurea quem Phæbus vexit in astra virum:  
 Dulce Tibi rebus letis, membrisq; fruisqi  
 Robustis, rectè & ritè valere, fuit:  
 Dulce fuit gemina quondam te prole beari;  
 ( Kara Patri soboles, Karior est oculis: )  
 At nunc mutatur fortuna pagina, retrò  
 Dum res prolapse sorte tonante cadunt;  
 Durum Te excercet Fatum. Languescere causæ  
 Artus contingit corripiente tuos:*

*Tē geminā celi Rector vult prole cavere,  
Dirā jacturā : (tot Libitina rapit.)  
Vulnere tergemino Tibi (prò dolor! ò dolor ingens)  
Invisito restant irriguæ lacrumæ.  
Tam varii casus, varia & discrimina duro  
Compositum forte an Cor adamante terant:  
His subrevectur dii patientia Hiobi:  
His confringatur statibus, æreis  
Stans annosa Cedrus Libani (mirabile visu)  
Sive crepidinibus, sive cacuminibus.  
Verūm non animis DORNAVI frangeris, heros  
Invictē; exsuperas tot mala, totq; cruces.  
Educas spebus forti irreparabile damnum  
Pectore, dum curas projecis in DOMINUM:  
Blandos qui Zephyros post nubila tetra reduxit:  
Et stabili statuit res statione tuas.  
Voto debentur solenni Sostia IEHOVÆ,  
Fructu qui donat flore virente Tibi.  
Georgius Remus Jctus Norim-  
bærgæ Lub meritoq; posuit.*

**T***Erra mater, hæc Amaranthi vix videnda semina,  
Si nigrore haud præterirent quamlibet nigredinē,  
Occupas sinu: ipsametq; tu poli Sol circitor  
Sic dein fove calore temperato, ut frondeant  
Floreantq; & emulentur delicatam purpuram,  
Quam Getulis ortam in oris de cruore piscium  
Coxit ebriis arenis tinctor, ac mangonio  
Reddidit dignam hoc & illo Principum palatiis.  
Cui bono? quæris. corollam mitterem hinc DORNAVIO,  
Unico vestrum utriusq; Flameni DORNAVIO,  
Quem modò vocas Eruditorum ac Bonorum plurima  
Rectulere de nigra Orci pestilentis janua:  
Iamq; ut antè, vivit, atq; toto ab orbe Musico  
Musicos aufert lepores: quisquis eum Soteriis  
Excipit; plaususq; ubiq; regnat & faventia.  
Solut.*



*Solus ipse musso, solus nil loquor, nil muginor,  
 Ante aramen suctus ante ire ceteros.  
 Ergo Tellus, ergo Phæbe, semina isthæc fac queant  
 Provenire luculenter; exq; eis sertum rubens  
 Iunium mitti ante adultum longule in Silesum:  
 Hæc ubi SCHONAICHIAN Ailla invidenda regibus  
 Extruit novi Lycæi membra liberalitas.  
 Maeste vir; major tuo xro. talibus conatibus!  
 Maeste vir supra Dynastas talibus successibus!  
 Maeste, maeste! celi adire sidera unica hac via est:  
 Hac via celi est adire florulenta sidera:  
 In qua nil queat vetustas; ira nil queat Iovis.  
 O SCHONAICHIE! O SCHONAICHIE, emulatus nemini est!  
 Vive longum, vive longum, sæculi hujus in decus:  
 Si decus tamen vocandum est, quod sequi nemo potest.  
 Tu quoq; ipse vive longum cum tuo SCHONAICHIO,  
 Vive DORNAVI perenne cum tuo SCHONAICHIO,  
 Non modo hæc, sed in supernis Cælitum cubilibus:  
 Fama ubi alma mille linguis cordibusq; Gloriam  
 Angulos errat per omnes, & tonanti murmure  
 Dextera præsit Moneta quod notet stylo aureo  
 Gemmeoq; eternitatis in tabellis entheis.  
 O beata vita morsq; tale quid cui obtrigit!*

## II.

*I*nsidiata tibi bis mors, bis eamq; cecidit  
 In propriis castris de Iove nata Sælus.  
 Maeste duce hac DORNAVI! in te nam tertia ceres  
 Nulla dehinc poterit frans reperire locum.  
 Quæ bis deprensa est, bis victa; deinde nocere  
 Ut vi non audeat, sic dolo & arte nequit.  
 Factus quippe Aurum es jam bis fornace recoctum,  
 Tertia cui baud deinceps flamma nocere queat.  
 Heidelberg. F. Janus Gruterus.

*E*cce quid hoc? cathedram scandit DORNAVIUS illud  
 Delicium Phæbi, delicium Aonidum,

B j.

Atq;

*Atq; Resdant decus immortale Lycæi,  
Cuiq; adeò CORCLO cœlitus esse datum.  
At quid is? argumenta ferit quamplurima, morum:  
Quantum in vitâ omni possit amabileas,  
Floriferisq; ut apes in saltibus omnia libant,  
Excerpens lectis optima quæq; libris,  
Et monitis atq; exemplis, sub imagine vivâ,  
Quæ faciendâ tibi, quæ fugiendâ, docet:  
Vivere quò scholica non tantùm segniter umbra,  
Sed vitæ in mediâ vivere luce queas.  
Cedite Socrati o Sapientes: cedite cuncti,  
Doctore hoc meliorem haut alibi invenius.  
Tuq; o plande, Bonæ Menti quæ dedita, pubes:  
Doctus hic & ductor commoda mille dabit.  
Præfektum poliens hic te formabit ad unguem:  
Quisquis te tandem cætus & ordo habeat.  
Nemo adeò ferus, ut mitefcere nesciat: aures  
Huic modò morigeras applicuisse velit.  
At Tu iudicii mactæ, o Generose SCHONAICHI,  
Omnibus ut factis, partem ita non minimam:  
Quòduce Te, quòduce Te feliciter, auspice signum,  
Sublatum est nostris moribus insolitum.  
Mactæ o, quòduce facis Dornavum lene vaditum,  
Ac vinctum gratis nexibus usq; fove.  
Et tu mactæ animi, Morum o præclare Magister:  
Quòduce bene est caput, perfice dexter, opus.  
Digna en ipsa tibi decernit præmia Virtus:  
En Charites ipsa jam tibi ferta parant:  
Illustri circum quæ tempora luce micabunt,  
Donec erit Virtus, donec erunt Charites.  
Nicolaus Henelius U. J. D. f. Urat s. L.*

---

**A**nnè prius, VIRCLARE, tibi dem prospera vota,  
Quòduce necis creptus carcere salvus agis?  
An SCHONAICHIAE quòduce factus Apollo Carbédra?  
Annè quòduce, (o IOVÆ laus!) facer auctus eras?  
Munere

*Munere de triplici triplex tibi solvere votum  
Terna Trias Pindi vult, Charitumq; trias.  
O post exactos tetricæ Morbonia agonas  
Felix lustra ævi ter geminato tui!  
O & Gymnasi radians Sol esto novellil:  
Et reliqua irradiâ sidera luce tuâ.  
O tua & esto domus re laeta & pignore leta?  
Ac decimas quavis messe det alma suas.  
Plura vetor: tu plura tibi si vota rependi  
Experis, illa etiam complet Alma TRIAS.*

Uratislav. F.

Caspar Cunradus Philos. &  
Med. Doct. Poëta Casar.



*Uis fuit instantem succidere forfice crines,  
Qui bis de vestra clade fugavit Heram?  
An se Tbessalica flagrans pia premia laudis,  
Opravuit conjux Manibus ire vadem?  
An fauor Alcide properantes ultima Parcas  
Tum vetuit totas exonerare colus?  
An quicquid medicae felicibus cruit antris  
Opposuit cupida Mors tibi, Phæbus opis?  
Sed quicunq; Deus caput hoc indagine Fati  
Evolvus, nostris consulit ille plagis.*

¶ I.

*S**Evera Parca quem minaciis modò  
Adurserat ferocibus  
In alta Ditis expedire sarcinas  
Bis incitans gravem febrim:  
Refecit huncce Sospitator optimus  
Benigniore dexterâ;  
Ut eniteret aureæ facis vice  
In abditis Silese.  
Ut influente lampas ista flamine  
Comâ labante decrepat;*

*Sed*



*Sed integrata vel foco vel balneo  
Valentiùs renascitur:  
Ita acriore surgis igne Febrium  
Recoctos in novos dies.  
Es ergo sacra cura Numinis, tuis  
Mala eluentis artubus.  
Bis innovatus impetum minùs paves,  
Febri ingruente, tertium.*


I I I.

**O**mnia Teutonicis ut bella everteret ori,  
Viscavit stygiis roribus atra manus  
Invidia, inq; pios Phæbi grassata clientes  
Multos ad Plures currere fecit iter.  
Iam tua, DORNAVI, temeravit corpora morbo,  
Unde suis spoliis optima cunq; legens.  
Nam quos invitus de terra sordibus Æther  
Adspicit, in pompâ respuit ire sua.  
Sed Phæbus duplici cui nomine deditus hæres,  
Immanis cassas spes dedit esse Dea.  
At te bis gemino voluit durare periclo,  
Inciderent solido tertîa tela viro.

Heidelbergæ

Jano Gebhardo.





# CASPARIS DORNAVI

CHARIDEMUS.

**T**E veneror, mundi sator, ô aeterna potestas;  
Qui casus me per varios, undasq; malorum,  
Et deplorata toties discrimina vite,  
Iam canoq; haustum, vastaq; voragine leti,  
In lucem revocas tenebrosi faucibus Orci.

*Psal. 71.  
v. 19. 20.*

Ergo Tibi nunc arma lyra, nervosq; sonantes  
Expediam, nabloq; tuam, citharaq; Camænâ  
Promissiq; fidem memorem, veriq; tenacem  
Ingrediar, tradens ævo tua facta futuro.  
Te modulans, Iacobigenum dux gentis, ovabit  
Vox mea, mensq; canet, te vindice, morte redempti.

*Ibid. v. 25*

**I**ceat mihi, Illustris Domine, Patrone  
incomparabilis; Illustris Produx; Generosi, Ma-  
gnifici, Nobilissimi, Reverendi, Clarissimi, Orna-  
tissimi Viri; Tuq; juvenus literaria florentissima: lice-

at, inquam, ex Davidis mente, orationis initium ab eo  
sumere qui princeps mihi ad suscipiendam hanc dicendi provinciam  
existit. Posteaquam enim morbo superioris anni vix ac ne vix qui-  
dem superato; recidiva febris malignitate suâ iterum me hoc anno  
adfixit: nemo, quemadmodum opinor, ex familiaribus inventus  
fuit; quin pro deposito me habuerit, & conclamata valetudinis.  
Nunc cum eò versæ sint res meæ; ut ad aures pervenerit tandem vox *Matth. 9.*  
illa salutaris: *Surge & ambula*: Deo Sospiratori & Misericordiori, quod *v. 5.*  
in tanta tamque insperatâ re confieri decet; σῶσάρον persolvo lætus  
lubens, animum beneficii memorem, linguam interpretem officii:  
quantum quidem infantili meâ balbutie consequi, mentis angustia  
capere valeo. Porro eundem supplex adoro; perq; viscera im-

C

mensæ

mensæ suæ misericordiæ obtestor : ut quidquid in me cœpit gratiosè operari hætenus ; idem & confirmet & coronet magis magisq; benignitate suâ : quam omnibus , se diligentibus atq; invocantibus , spe nostrâ votoque ampliùs , præstare solet. Quo fausto atq; latabili omine recreatus , illud nunc ago : ut Spartam hanc , honorario iudicio , nescio an & merito nostro , mihi demandatam , quâ par erit fide , quâ dexteritate potero , non subeam modò ; sed administrem , sed exornem. Verumenimverò ne , quod dicitur , illotis manibus ad hæc sacra irrepere videar , aut irrumpere : statui , re ita exigente , more scholis proprio atq; solemnî , quasi quadam præliminari oratione , de novæ Professionis meæ genere verba facere : ut planum fiat omnibus : quæ in te opera posthac nostra versari ; quidq; sibi aut Juventutis literaria , aut alii insuper de Professore Morum , separato ab illo Ethices , polliceri debeant. Equidem imitari conabor pictorem : qui , in exigua tabula , ingentem virorum multitudinem representaturus ; quorundam extremum duntaxat verticem penicillo delineat , multorum vultus leviusculè tantùm , aut ora , aut barbas refert : reliqua corporis membra inumbrat. Perinde ego non omnia persequar ; quæ sub acumen styli , aut ex mente in buccam venire poterant : sed ex infinita illâ copia dicendorum , ea promam , delecta habito : quæ brevi juxtâ simpliciq; verborum apparatu & dignitatem vobis commendent , & necessitatem , & utilitatem scientiæ ejus , quam morum appellare scitè possumus. Quod dum facere aggredior : quæso vos per ipsos elegantes Mores , qui à vobis jure meritißimo in delitiis habentur ; ut mihi aures vestras tantisper vacuas accommodare dignemini ; dum telâm istam , quam vestrâ adjutus gratiâ cœpi texere , conficere benignitate vestrâ queam. Quod si ergo , ut inde hoc pensum trahere incipiam , ostendero vobis , argumentisq; vicero : hanc facultatem formandis moribus , pertinere ad ipsam hominis pulchritudinem , quæ à summa bonitate nomine tantùm discriminatur : nonne rem dixerò , omnibus amabilem , nemini insuper habendam ? Ac mihi quidem hæc apud animum reputanti , in mentem venit Platoni ; qui duplici putavit ratione à nobis præcipi posse id , quod pulchrum appellare consuevimus : rationis primum

*Platon. in  
Hippiâ  
majore.*



primum scrutinio, viq; mentis & intellectus: deinde ministerio dætorum sensuum, ad spectus atque auditus: quos præ cæteris maxime divinos nominare non dubitat. Utroq; modo hæc morum doctrina, quæ nostri est studii, facit; ut pulchritudo & sensibus nostris obviam se præbeat; & ipsâ mentis indagine vestigari ac teneri possit. Si sensus adhibemus in consilium; qui corporis adminiculo peragunt officia sua, testimoniis omni exceptione majoribus: illud prius necesse est, ut posthabitâ omni controvertendi prurigne, statuamus sincere, candidè proferamus: quæ sit illa corporis, quam quærimus, pulchritudo: de altera enim animi facilior erit cursus orationis meæ. An illa vobis videtur posita in membrorum vasta aliqua aut torosa, aut pulposa proceritate, magnitudine, mole? Haud opinor ita quisquam inducet animum suum: cùm constet quotidianæ vitæ experimentis: hanc talem granditatem, qualis olim gigantibus contigit & familiæ cyclopum, oneri potius esse: tantum abest, ut honori servire, aut elegantiae queat. Accedit hæc & illud, quod usu didicimus; & naturæ venatores exposuerunt causas: stupidos plerumque esse, ignavos atq; ineptos; quorum corpus prodigiôsæ vastitatis exstiterit. Quid si illa, quam quærimus, pulchritudo, in coloris suavitate cernatur? quemadmodum de Christo literis memoriæq; proditum est: faciem illi fuisse, quæ tritici referret spicas, modicè rubicundam. Equidem refragor minimè: decere nos admodum & exornare speciosum ejusmodi à natura corpori factum integumentum: quod quidem à temperie laudabili, & sanguine insigniter puro atq; rostanti efflorescit. Verùm ego vicissim illud infero: fragile esse nimis & planè ambiguum possessionis bonum, quod à forma illa & tinctura corporis mutuamur: quæ,

*quantum accedit ad annos,  
Fit minor; & spacio carpitur ipsa suo.*

*Ovid. 2. de  
art.*

Ingruat aliqua tempestas morbi; aut penetrent se in pectus edaces curæ, ipsius etiam animæ carnifices: & apparebit; nisi ego cum scitissimis errem: quàm inamœno spectaculo, qui nuper A donis erat formosissimus, jam quovis Thersite fœdior factus fuerit! Pulchritudo autem germana & vera, cui nos palmam lemniscatam destinamus,

Marfil. Fi-  
cin.

mus, nec senio turpari potest; nec tempestate vitari; nec ullâ alterari ægritudine, anxietate, temporum aut hominum corruptelis. For-  
tean eam dicemus esse; quando cum oculorum delitiis intuemur,  
partium omnium seriem, tam fabrè à vi formatrice factam: ut ne-  
que numero redundet quidquam, nec deficiat: situ porrò, conne-  
xione, figurâ, magnitudine, usu denique omnia inter se consenti-  
ant. An ea sit membrorum aptitudo; ut tres nasi, in longum dis-  
positi, vultus unius æquent longitudinem? aurium utrarumque se-  
micirculi, unâ conjuncti, oris aperti spatium describant? an idem  
superciliorum efficiat conjunctio? An longitudine nasi longitudi-  
nem labii metiamur? an gemini oculorum orbis unum referant oris  
hiatum? an capita octo proceritatem corporis designent? an ean-  
dem mensuret brachiorum in latus projectio, & crurum extensio  
æquè ac pedum? Suave hoc est profectò, in minori mundo,  
theatrum; & omninò conducibile ad amœnitatem, cujus amore  
maxima pars hominum, vel hoc nomine, ducitur: quoniam, ut  
quæque species fuerit augustior; ita plurimum de cœlo trahere cre-  
ditur. Verùm Auditores (quâ enim fronte dissimulem animi mei  
sensa) est hæc membrorum compages, seu harmoniam malitis di-  
cere, ita necessaria: ut nisi aliud quidpiam accedat, quod concinni-  
tatem corporis quasi quodam spiritu animet; mutila ipsa, imperfe-  
cta, cadaverosa dici mereatur. Nihil ex me fingo Auditores: rem  
ipsâ exquiri ratione & veritate convenit. Nam hæc membrorum  
suavis proportio etiam à pictore exprimi penicillo, aut cælo à scul-  
ptore atque statuaria potest: coloribus etiam tanto cum ornatu  
convestiri: ut ars sæpe cum natura in certamen victoriæ descendere  
videatur: sæpe ab artifice pictum aut fictum, pro vivo corpore ani-  
matoque, addo etiam pro amasio habitum fuerit. Quid enim de  
Cleophrantio Corinthio dicam? qui Atalantæ imagines & Helenæ  
ita ad vivum repræsentavit nudas: ut earum libidine accensus, ferè  
in furorem actus, Legatus Caij Cæsaris, Pontius, non furtum modò  
committere; sed immittere quoque illis stuprum (proh pudor) co-  
natus fuerit. Nobilitatus etiam marmore fuit, duplici cum primis  
Venere, Coâ & Gnydiâ,

Plin. lib.  
35. cap. 3.

Praxiteles

*Praxiteles, cujus muliebris imago procacem**Quintian.**Impulit*

adolefcentem quendam ; ut turpiter cum illa consuefcere non erubuerit. Ex quo, opinor, confequi illud videtur : cum naturæ ars æmula poffit etiam in ligno, aut trunco, aut ipfa denique umbra figurare fimulachrum aliquod amabile : fupereffe quiddam fingulare in nobis ad genuinam pulchritudinem : quod nec pictorii operis, nec ftatuarii effe ullâ ratione poffit. Quid illud denique effe putabimus ? Dicam enim verò, & fine verborum pigmentis : quorum veritas ne indignit quidem unquam : falfa atque incredibilia requirunt orationem, quæ ceruſſâ illinatur, fracta cincinnis, inuſta calamiftris. In eo itaque confiſtit omnis elegancia corporis & decor gratioſus : ut mens animi exprimatur convenienti ſermone, ſermo geſtu, geſtus membrorum habitu : & hæc conjunctim inter ſe ſingula eò uſque aptentur : ut nihil neque ab interiori animo, neque à rectè judicantium ſenſu diſcrepet : omnia ſuaviſſimâ temperie conſpiſſe videantur. Quo immenſo atque divinitus conſeſſo dono, ut frui poſſimus utique majori felicitate : omnes intèndere nervos nos docet hæc ars ipſa ; quæ ad morum venuſtatem nos idoneos reddere poteſt. Primò enim omnium verba pura, non fordida ; jucunda, non odioſa ; honeſta, non turpia ; uſitata, non obſoleta ; maſcula, non enervata deligit ſimul ac ſecernit : quæ ipſi priùs menti, & rebus perſoniſque præſentibus accommodata, ejulmodi ſono effert ac ſpiritu ; qui ſuavi quodam influxu, cumque aurium illecebra in animis hominum aculeos relinquat. Eam ob rem in commiſeratione format exſpiratq ; vocem tono flexibili, tenero, interrupto ; in juſta indignatione acuto, vehementi, incitato ; in petitionibus, leni, ſedato, humili ; in læticia puro, pleno, exultanti ; in dolore, preſſo, gravi, aſpero : apto denique cunctis animi adfectibus ; ſed proferendis ſine adfectione, quæ nescio quid adulterinum in omni actione habet. Noli in autem Vos exiſtimare ; linguâ nos tantum & ſermone loqui. Eſt enim quædam etiam corporis conformatio ; quæ decenti membrorum motu, convenienti ſitu, geſtu præterea non abſurdo, quaſi tacendo adfectus noſtros in apicum pro-



*Lucian. di-*ducit, atque ipsum quodammodò pectus denudat: ut non opus sit  
*al. de baref-*fenestrâ, quam ad cordis regionem deponat Momus: unde retrusa  
 hominum sensu introspecti queant. Quî hoc cognosci potest? Sequuntur  
 externi motus intrinsecus moventem animum atq; voluntatem: quod, quâ ratione fiat, quamq; multimodis, pretium est operæ  
 observasse. Caput erectum gerit moratus: non hinc inde morat, quod  
 fluxi est ingenii, quod irridentis. Frontem neq; caperat, quasi cum alio  
 arietaturus: neque contrahit adductis superciliis: quod est morosi, iracundi,  
 obstinati. Oculos amat non torvos; qui crudelium sunt: neque volubiles,  
 qui levitatis: neque limos, qui invidiæ: neque hiantes nimium, qui  
 fatuitatis: neq; aversos, qui fastidii consueverunt esse indices. Quid  
 universus vultus? qui quasi quædam mentis janua. Placidus est,  
 tranquilluss est, serenus est: ex quo Natura hederam quasi ingenuæ  
 humanitatis suspendit: unde homines dici meremur maximè. Brachia  
 verò & manus, quas sapientiæ instrumenta nominarunt veteres, non  
 hac illac projicit: ne iners, & inconstans, & stolidus judicetur. Sed  
 nec ctura putat decorum esse divaricare; nec procludere pedibus:  
 quorum illud agrestis est; hoc etiam argumentum petulantiae. Nondum  
 exposui omnia: nec possunt res magnæ atque necessaria verborum  
 compendio leviter perstringi. Nam hæc morum conformatio etiam  
 incessum moderatur: ne sit vel exultatione fractus, vel oscitantia  
 vacillans; vel præceps, gressu veredarii; vel formicino tardus,  
 quasi cribro succretus pollinario. Adjungite ad hoc officium  
 & stationem; quæ fit, corpore ad æquilibrium erecto; diductis  
 tantillum membris omnibus: ne si fortè femur femori, pes  
 pedi, crus cruri imponeretur decussatim; pigrities quædam  
 & ignavia suo se inditio proderet. Sessionem porro concinnam  
 fieri tum docet: ubi leni quandoq; flexu rei gerendæ corpus  
 applicatur: non immobilitate quadam fixum: stupidi enim,  
 & cum sensu minimè sentientis: sed nec in sella vacillans,  
 quasi rectum intestinum hydrargyro perfusum fuerit: quod inquieti  
 est hominis; ne dicam furiosi: certè lascivientis. Vestitus  
 verò ne luxuriam & temeritatem quasi signo quodam sublato  
 ostendat, aut fastum, aut vecordiam, aut sordes: talem sibi  
 Elegantiae Candira-

tus comparat: qui non modò conforme sit corpori tectorium: sed ætatem, sed vitæ genus, sed personam, quam quisque gerit in civitate, deceat. Cultum enim & membris & vestibus ita necessario putat adhiberi oportere: ut si uspiam illuvies aliqua, aut immundities appareat in quoquam: is ab omni verecundia distet quàm longissimè. Verùm ne ego quoque parum elegans videar, aut decorus oratione: si rem diducam nudè, & referam sine exemplorum appositione: Diogenem vobis & Aristippum profero: utrumque ut ætate parem; sic ab ingenii acumine & promptitudine ad miraculum usque instructum. Alterum tamen accipimus intolerabilem existisse plerisque mortalium: quoniam corporis elegantiam habebat despiciatui: alterum verò gratum omnibus: quia cum interiore animo externum quoque corpus ad decorem concinnabat. Ut enim à sapientissimo Satyrico traditum est, eod usq;

*Diogen.  
Laërt. in  
vita utri-  
usq;  
Plutarch.  
hinc inde.*

*Omnis Aristippum decuit color, & status, & res:*

*Horat.*

ut ei Plato dicere non dubitaret: Tibi uni & chlamydem ferre, quæ satraparum est; & pannum, qui mendicorum, à Diis immortalibus concessum fuit. Itaque apud Dionysium saltavit quandoquæ in purpura; interdum etiam vilè utebatur pallio: subinde memor decori & ordinis sui: verborum nec parous nimium, nec prodigus: argutæ atque ingeniosæ urbanitati tam deditus; ut qui maxime. Quid Diogenes? Dissimilimus illi. Quasi enim rei literariz dignitas & majestas Philosophi in sordibus consisteret; in fœdo corporis pedore; in habitu vestituq; planè indecenti: adeò ille pulchrum putabat; capite esse semitonso, pedibus non calceatis grassari per nivem; lacero pallio nuditatem corporis tegere die, noctu caput obvolvere. Itaque discipulos suos per compita deducebat incompósitos; sine tunicis & calceis; in via se tantùm induentes: ipse verò partes corporis, quas & vereri & velare jussit natura, in oculis omnium abstergebat. Quid? quòd in deliciis habebat mures; qui dum ad ipsius mensam subreperent; parasitos se hosce, suos nutrire dixit, atq; etiam coëpulones invitavit. Prandere insuper publicitus, in foro, inter canes; in constrictina potare, in dolio.

dolio uti pro domo: erat ipsi mel merum. Quod sanè concedi potuisset homini extra communem humanitatem: nisi amœnum judicasset, loca, ob spurcitiam infamia, adivisse. *Quidni enim, aje-  
bat exprobranti cuidam, istud facerem? & sol in secessus abit: nec ta-  
men inquinamenti ullis adspersitur.* An verò putabitis, ullam tum habuisse frontem, dicendum etiam est quiddam ampliùs, sanam mentem? cùm inductus in domum Quæltoris Dionysii, magnifico apparatu instructam, pavimentis undique pretiosis collucentem; posteaquam excreavit; sputa in amici faciem coniecit: quippe deteriorem se locum invenisse negans. O hominem impudentis spurcitæ, spurcæq; impudentiæ! Itane corpus hominis, quod equidem Diogenes Spiritus Sancti domicilium esse ignorabat; sciebat verò mundissimæ atque divinitus inspiratæ animæ esse diversorium; tantâ tamque abominabili morum turpitudine par erat prostituere? Exulet à Gratiarum domicilio nostroque omnium contubernio

Horat.

*Asperitas agrestis, & inconcinna, gravisque,  
Quæ se commendat tonsâ cute, dentibus atris,  
Dum vult libertas mera dici, veraq; virtus.*

Nolim autem eò prolabi imprudentiæ quenkam; ut erroris opinione sibi persuadeat: quasi deliberatum nobis sit; corpori tantum venustatem conciliare amabilem: aut ea duntaxat enarrare publicitus; quæ pueris inculcare ad morum civilitatem parentes aut prædonomi consuevere. Quanquam si hoc omninò ageremus, cum reliquis scientiæ hujus partibus: vel isto, opinor, nomine, haud luderemus operam: quòd omnis ætas indiga est doctrinæ: multa; ab juvenibus, à Viris multa & senibus aut committuntur inepta, aut omittuntur decentia: talia omninò, quæ si fortè ipsi in puero viderent, ferulis vindicanda, vultu Catoniano judicarent. Verùm hæc nostra doctrina, quam sanè *ἡθικογαστήριον* appellare liceat, tam angustis terminis non circumscribitur; quæ patet latissimè, ac nullibi non vires exerit suas: dum ipsi quoque animo suam conferat pulchritudinem. Qui hoc fiat, rogat quispiam? aut præscire cupit illud in animo pulchrum? Nihil aliud est; nisi opinionum in mente, judiciorumq; æquabilitas & constantia;

cum



cum firmitate quadam & stabilitate virtutem subsequens; aut virtutis vim ipsam continens: quam si oculis contingeret usurpare corporeis; Deum immortalem, quàm pulchram faciem, quàm sanctam, quàm magnificè lucideq; fulgentem intueremur! Sed hoc quidem tam alto repetito voto minimè est opus: retraho me: ad propiora orationem converto. Nam illa quidem pulchritudo animi, quæ sapientiâ constat atq; virtute; etsi interior est harmonia quædam, abstracta à mole corporis: sese tamen & foris conspiciendam offert iis omnibus; qui quidem ad normam laudatissimæ nostræ disciplinæ conformare mentem priùs, deinde, ex illius rectè judicantis præscripto, universa vitæ officia dispensare voluerit. Pretium ergo est operæ, Auditores, & vestræ juxtà benevolentia, attendere, quibus modis hoc tam divino munere potiri possimus atq; exornari. Non utar verborum circuitione, quæ causam sæpè optimam in dubium vocat: suspicioni sæpè reddit obnoxiam. Nam id quidem in promptu est ac tenetur: effici hac incomparabili arte morum; ut mens nostra atq; intelligentia, notionibus omni materie spoliatis, è communi sensu quasi in consilium vocatis, variè compositis, dispositis dijudicatisq; decernat: quomodo tot tamq; variæ actiones in societate hominum decorè sint instituendæ, conficiendæ feliciter. Illud quò percipi possit faciliùs; varias docet animorum inclinationes, pro non modò diverso genio cujusque loci, pro incolarum indole, pro studiis gentium ac vitæ genere: sed ætatum insuper commutationes ac naturas exploratas palàm facit. Absq; hoc foret: tam nesciremus tractare hominum ingenia, commercia instituere, colere in vita communi societatem: quàm certum est exploratumq; nihil medicamentum prodesse, utut pretiosissimum fuerit ex se atq; salubre: nisi & ægri naturæ, & partis, quæ morbo distinetur, accommodata fuerit. Annon ergo hoc ipsum præclaro dignum reputabitur æstimo? quòd Aristippus, ille, quem morum venustas tam favorabilem effecit omnibus; cùm interrogaretur; quem tantum fructum ex tam pertinaci studio philosophiæ percepisset; respondit: *Ut cum quibuslibet liberè loqui possim.* Magnum hoc est, Auditores; atq; ita magnum: ut qui verbis extenuare ausit: iniquus rerum æsti-

*Cicer. 4.  
Tuscul.*

*Senec. ep.*

*Laërt. in  
vit.*

mator meritò judicetur. Sed tamen sunt alia, meo judicio, haud minora: quòd ex morum hac philosophia, quæ tota activa est, & ad conversationem in omni vita pertinet, præcepta haurimus: quibus instructi promiscuum genus hominum secernere, inq; ordines & certas classes tribuere, dignoscere deniq; singillatim quodvis valeamus. An est quisquam, aut ab omni intellectu adeò derelictus, aut hostes in hoc mundi emporio; ut nesciat, quanti sit hæc res momenti? Tanti profectò: ut nisi ad interiorem animum penitissimè demiseris; quæ sit diversitas, quàm variabilis ordinum in vita statuumq; conditio: non possis aprate officia, quæ conveniant singulis. Divina itaq; laus est; probè memoriâ oblesuisse: quibus inter se gradibus distent ii, qui personas in hac mundana scena sustinent: sive illæ privatæ fuerint, vir & fœmina; maritus & uxor; parentes & liberi; domini & servi; aut constituent collegia opificum, & sapientum, Theologorum, I<sup>st</sup>or. Medicorum, Philosophorum, Scholarium, sive eædem publicæ existant personæ, cum potestate aut summâ, qualis est Principis, optimatum, popularium; aut subordinatâ in variis Magistratibus, Episcoporum, Sacerdotum, judicum, militum, aut eorum consiliariorum, senatorum, Equitum: sive deniq; ipsa fortuna differentiam inter tenues & magnates, nobiles & ignobiles, claros & obscuros, potentes & imbecillos, divites atque inopes constituat. Fundamento hoc posito, solideq; intra cancellos mentis & intelligentiæ corroborato; ut errore nequeat vacillare aut labi: pergit postea hac scientia nostra moralis: & doctrinam leni quasi stillicidio in animos nostros insinuat; ut teneamus: quid iudicio nostro tribuere, quid gestu aut ritibus, quid verborum honore debeamus personæ publicæ, privatæ; pari, impari; majori, minori. Quisquis enim hæc susceperit; habenda existimat; fateatur oportet; nolit, velit: in media se hominum luce, homines quid sint, aut non videre, aut irreverenter nescire velle. Ridetur meritò simplicitas seniculi cujusdam viri Consularis quondam in Flandrorum *Gandavo*. Illi quippe cùm edisteret in armamentario Carolus Cæsar, Quintus hoc nomine, nudato capite; tegere hominem caput jubet: cum frigere eum potius, quàm altuare cerneret. Quid senex iste? Obsecuturum se Cæsari negabat:

negabat: nisi is caput prior operuisset; exemplo suo prævisset. O  
 multam ignorantiam, & vix non ab humanitate secedentem! sed *Stephan.*  
 tolerabiliorem tamen importunitate eorum; qui in Gallia cum Prin- *Guaz. de*  
 cipe collocti, Hero suo; postquam ipsum aperto capite conspicia- *convers.*  
 rentur; ambabus manibus brachium eius corripuerint: utq; pileum *civil.*  
 reponeret, vi quodammodò, & ceu admotis machinis coëgerint.  
 Iniqua certè conditio, & aliena planè à Justitia! Justitia, Auditores,  
 dum cæteras omnes virtutes suo tenet amplexu, illud proprium ha-  
 bet ac solemne: ut nemini quidquam deroget: omnibus ac singulis,  
 quod suum est, deferat, non honorifica tantùm opinione, quæ initi-  
 um exiit omnis reverentiæ: sed verborum etiam, gestuum atq; of-  
 ficiorum cultu externo: qui latentis in animo observantiæ honora-  
 rius non minùs index, quàm judex esse solet. Quod ubi decenter jux-  
 taq; rectam rationem fiet: dici vix poterit, ac ne cogitari quidem:  
 quàm amœno spectaculo se ipsa Justitia quadantenus oblectet! quàm  
 ea cum Gratiis ridere atq; fallere gestiat! Dignitas rei facit; ut Ca-  
 rolem Cæsarem rursus, & fratrem ejus Ferdinandum, styli operâ in  
 conspectum Vestrum prodire faciam. Utrumq; enim viderunt ma-  
 jores nostri, amico inter se certamine controversere in nuptiis Ba-  
 varix Ducis, cui Ferdinandus filiam elocabat. Dicam plenius juxtà  
 & planius: ne quidquam obvolutum tenebris in re pulcherrima vi-  
 deatur. Deducendus erat sponsus, more gentilitio, ab augustissimo *Riga in*  
 fratrum pari: ut matrimoniale fœdus sacramento ad aram firmare- *Ethic.*  
 tur. Quid sit? ventum est ad templi fores: it sponsus in medio: du-  
 citur utrinq; à propinquo Cæsare, à Rege socero: sed istorum neuter  
 præcedere, templumque ingredi prior voluit. Ferdinandus, ut erat  
 mitissimâ indole, honorem hunc defert Carolo; quippe digniori:  
 cùm axioma Romani imperii gereret: Carolus vicissim ad fratrem  
 devolvit; quod sponsæ esset pater: cui hoc quidem tempore, præro-  
 gativa ista jure meritissimo deberetur. Nihil obtinere Carolus pote-  
 rat: neq; in proclivi est, expugnare aut emollire aut avertere animû,  
 qui virtute probè communitus fuerit. Summo .n. studio contende-  
 bat Ferdinandus; pari facundiâ identidem inculcabat: Imperatorem  
 omninò & majestate esse digniorem; & non minùs vicem patriæ  
 perso-



personamq; sustinere. Victus Carolus superatusq; Fratris contentiosâ humanitate, præcessit; jucundo planè & commemorabili in omne ævum spectaculo: quo inflammati, certò statuamus: hanc officiorum & cultuum in vita humana scientiam, trahere secum in societatem laudis universum penè virtutum chorum: prudentiam cum magnanimitate; humilitatem cum continentia; verecundiam cum temperantia: modestiam, affabilitatem, benevolentiam, amicitiam. Et quisquam dubitet, morum doctrinâ expoliri illud, quod in animo nostro pulchrum, cumq; ipso adeò honesto conjunctum æstimamus. De cætero quia prudentia est quasi tum directrix reliquarum virtutum; tum certissima ductrix omnium actionum rerumq; gerendarum: quæso Vos auditores, cogitate pensulatiùs apud animos vestros: quantum ista nunquam satis laudata Morum disciplina conferat; ut momenta dextrè agendi perspicere possimus. Ad oculum enim monstrat, articulos temporum captare: ne si quid intempestiviùs admittamus, loquamur; gratiam, quæ vix longo temporis tractu colligitur, simul & semel per incogitantiam atque austicitatis horrorem effundamus. Quid præterea? distinguit locorum diversitates: notat varias congressuum rationes: quid in templo decorum sit; quid in foro exigatur, in curia; quid conveniat ruri, militiæ, in palatiis principum, domi, peregrè; quid schola sibi deposcat, gynæceum, convivium, lusus; quid in festivitate festivum sit, gratiosum in nuptiis, in funeratione pium: hæc omnia regulis plana facit, exemplorum luce atque amœnitate collustrat. Accensem in hunc numerum etiam illud: quòd modum, difficile illud & arduum agendi instrumentum, insigni facilitate proponit: unde sciamus; quousque aliis adsentiamur, sine levitate; ab aliis dissentiamus sine morositate aut stultitia. Ex hoc fonte haurias: quomodo & te ipsum commendes, citra adulationem; & laudare alios, cum cautione queas; ————— *ne fors*

*Horat.*

*Incitant aliena Tibi peccata ruborem.*

Ex hoc liquidò apparet cuivis scire volenti: quæ reprehendendi sit oportunitas, nullâ acerbitate verborum, contentione nullâ, nullâ deniqua offensione cujusquam. Ex hoc præcepta promanant; utendi.

utendi joci eruditis, ingeniosis, venustis: à quibus turpitudine, & di-  
cacitas & scurrilitas absit quàm longissimè. Quæ omnia postquam  
diligenti actione expressa fuerint, hominem verè pulchrum, ama-  
bilem, gratiosumq; efficiunt: ex adverso, cum insuper habentur,  
barbarum reddunt, deformem, abominabilem. Atqui ut hæc ipsa,  
more nostro, quodammodò accipiant lucem, repetitis moribus, vi-  
taq; hominum celebrium: agite, Auditores, replicemus memori-  
am antiquitatis; sed breviter: quâ dicendi virtute, mihi unâ vobis-  
cum amicissimâ, audientiam me vestram porro promeriturum esse,  
non jam spero, sed planè confido. Vultis itaque? Diogenem rur-  
sus in suo consideremus dolio. Vultis? Aristippum ei opponamus: *Laërt. in*  
ut quemadmodum——*opposito corvi nigrore Caystrinus ales* *vit.*

*Candidiore nitet specie.*

*Salust.*

sic adversariâ collatione paris istius Philosophorum innotescat clâ-  
rius; quàm turpe sit: hominem Musis operantem, quæ gratiosissi-  
mæ sunt puellæ & venustissimæ, rusticitatem tamen fædâq; sordes  
confectari. Nam qualis quæso in Diogene fuit unquâ, aut quæ hono-  
rifica opinio, de ordinum in hac vita distinctione? quid ille tribuit  
personis, quid loco? quâ usus unquam fuit temperantiâ verborum?  
Nobilitatem & gloriam, & ex utraq; parta ornamenta pro deridi-  
culo habebat: *malitiæ esse velament.*, dictitans. Matrimonia in  
null, numero habebat; linguæ potius insectabatur incontinenti  
petulantia: quòd arbitraretur: mulieres communes esse oportere:  
& ut quisq; cuiq; persuasisset, ita illi coire integrum; communes li-  
beros tollere, præclarum esse: cæterâ, non minùs, quæ ad Vene-  
rem pertinerent, patrare publicitùs; quàm quæ Cereri convenirent,  
decere. An eum de Principibus honestam concepisse opinionem  
existimatis? qui Alexandro, in Craneo illi adstanti, benigneq; & ex  
indole regia denuntianti, quod vellet, peteret: secedere à dolio,  
omnis oblitus reverentiæ, jussit: ne, interceptis radiis solis, umbra  
sibi fieret. Quid de Magistratibus sensit, qui *ἡγεμόνες* dice-  
bantur? quorum nonnullos cum videret deducere quendam, ex ara-  
rio phialam furatum: *Magni fures, inquit, parvum ducunt:* quasi in-  
cus, qui gladii undè vinitus commissum gerunt, inimica dictèria, ceu

venenata tela jacere deceat! In sexum verò fœmineum, cui prudentiū quisq; honoris defert prærogativam multò maximam, quàm iniquus fuerit; ex eo conjecturam capere potestis facile: quòd, cùm vidisset aliquando mulieres, ex olivæ arbore pendere suffocatas: *Utinam, ait, arbores cætera fructū hujusmodi ferrent! Quid hoc est aliud, Auditores? nisi acetum habere in pectore longè acerrimum; linguā verò suffusam bile æruginosā, salsā atq; mordaci? Præclarum verò reputabat, in quo sibi egregiè placeret; cùm à canina sua dicacitate canis appellabatur: ut Alexandro, cum compellanti dicentiq; ego sum Rex Alexander ille Magnus: respondere non dubitaret: Ego verò Diogenes canis: quippe iū blandior, qui donariis me adficiunt: qui munes esse ac liberales nolunt, allatro: malos deniq; ut possum, mordeo. Eat nunc, eat, qui velit: abdat se cum Diogene, in loca obscura; delitescit inter mures, canes & cimices! negligat officia in communi vita necessaria; si per honestatē licet ac pulchritudinem! nos Aristippum, doctorem elegantia, ductorem venustatis sequi complectiq; malumus. Erat huic ingeniū facile: neq; facile tantum, sed industriā quoq; excitabat naturæ bona ad decorū in moribus; quos ita componebat: ut cuivis se accommodaret loco; nihil absonum, nihil indignum ordine suo admitteret, nihil tempore, nihil personis. Quancūq; verò invidentiæ virus & malitiosæ linguæ subinde in eum evomebat Diogenes; canē regiū appellans: quòd Dionysio, cæteroquin immani tyranno, hac morum suavitate gratus erat semper; invisus nunquā: Aristippus tamen falsa dicteria risu excipiebat, risu quandoq; regerebat: qui modus ulciscendi liberalissimus, & incruentus esse consuevit. Prætereuntē quandoq;, caninus ille Rhetor, olera ablucens, objurgat, stomacho juxta & bile in naribus concitata; & in hæc verba, quæ impotens animi dolor exacuebat, prorumpens: *Istæ Tu si parare didicisses, ait: tyrannorum aulas nō ambires. Quid ad hæc Aristippus? prompti sunt extemporali facundiā homines ingeniosi atq; elegantes. Ille ergo non diu moratus: Imò, reddit: si Tu, Diogene, cum humanitate commercium tale haberes; ut conversari scires cum hominibus: olera profectò non lavisses. Maeste hoc animo, Aristippe, & generositate! ingeniis nos uti decet, in tanta ingeniorum diversitate: quod qui facere aut tergiversatur, aut nescit; ingenium**



se non habere fateatur. An dissimilis Aristippi fuit Geminus Servi-  
lius, tam eleganter juxta & graphicè ab Ennio depictus

*Doctus, fidelis, suavis homo, facundus, suorum;  
Contentus, scitus atq; beatus, secunda loquens in  
Tempore, commodus, & verborum vir paucorum:  
Multa tenens antiqua, sepultra, & saepe vetustas  
Quae facit, & mores veteresq; novosq; tenentem:  
Maltorum veterum leges, divumq; hominumq;  
Prudentem, qui multa loquere, taceretve possit.*

Laudetur itaq; ab hominibus de schola illa Diphili sententia:

Αὐλὰς θεγαπένειν, ἔστιν, ὥς ἑμοὶ δοκεῖ,  
ἢ Φύγαντα, ἢ πένοντα, ἢ μασιγίαν.

*Erronis est aulae*

*sequi, ut ipse*

Nos in aula æquè ac locorū alibi personam tuebimur cum dignitate *existimo,*  
nostrā: ubi hæc nostra philosophandi ratio, quasi quædā comes atq; *Aut verberonis-*  
gubernatrix mēti providæ adjungatur. Ad eā Soerates profectò, qui *aut. certè fame,*  
cælo detulisse Philosophiam dictus fait, & præceptis nos instruxit, *lici.*  
cum Aristippo iisdē; & vitæ suæ documentis communivit: unde haut  
difficile cognitu foret: non usq; eò probrosum videri debere, hominē  
esse cuius temporis: quod de Mummio Cicero: vel omnium horarū; *Quintiliā*  
ut de Asinio Pollione alii referunt. Nolim hic quisquā contrahat frō-  
tem; iudicioq; sibi præcipitato imponat: quasi palpones instruere ve-  
limus aut polypos ad omnē versutiam, & astum, & fallacias; & mel-  
litos adulationum hamos; aut seculi depravatis moribus conformare  
quenquam cogitemus. Minimè ita sumus prodigi pietatis nostræ aut  
alienæ salutis: qui istud unice agimus: ut quidquid sumus præcepturi,  
rectæ rationi adprobetur: dicā veriùs atq; religiosi; nihil civde nobis  
æstimabitur: nisi vox divina priùs, contestata idē sacris literis, aut Pa-  
triarcharū, Prophetarū, Christi, Apostolorum, Doctorum, rectè senti-  
entium ex sanioribus Ethnicis autoritas probabili exemplo permise-  
rit. Ac ne quis fidē dubiter assertioni habere nostræ, clarissimā voce,  
pectore. a. candidissimo detestamur Alcibiadem: qui cum ingeniū ja-  
ctaret, rotā singulari versatilius; ad capiendos homines eā utebatur fa-  
bricā: ut aggregaret se atq; ad omnium studia moresq; converteret. *Plutarch.*  
Erat Sparta deditus exercitiis; erat frugalis, austerus: in Jonia *in vit.*  
dill. lu-

*Plato de  
amor.*

dissolutus, levis, segnis: in Thracia vanus, vino luxuriæq; indulgentissimus: una in re parum felix atq; laudabilis: quod chamæleontis more, quem imitabatur, colorem album, hoc est, probitatem & integritatem sinceritatemq; de se præstare minimè poterat. Misum itaq; faciamus tam versipelle ingenium: & ita simus amabiles vitæ universæ: ut nevis ulla Christianismo inferatur: honestas potius elucescat, & virtutis non fucata facies aut adulterata, sed genuina illa, quam in Socrate enituisse vidimus. Nam de eo apud Platonem in convivio id testimonium refertur: Si quo in loco, ut accidere solet in bello, commeatus deficeret: nullos huic pares repertos fuisse, ad famem sitimq; perferendam: si vicissim rerum adfluebat copia; hunc solum frui illâ potuisse. Quò verò istud pertinet, quod dicam? estne in aliqua ponendum laude? quòd, etsi abhorreret à componendi ritu Græcanico; tamen si cogeretur adbibere plusculum; ut daret aliquid loco, tempori, amicis; inditum faceret: omnes se bibendo superare, si vellet, posse: sed quod æquè in schola atque aulis Principum concessum est paucissimis; Socratem nemo ebrium vidit unquam. Facit Socrates, Auditores; ut posteaquam de eo pauca prolocutus sum; facilior nunc mihi cursus, ad aliam orationis partem, aperiatur. Nam & illud literarum monumentis consignatum de venustissimo Socrate accepimus: quòd die tam nuptiali, quàm emortuali, eodem semper vultu fuerit; mirumq; visum: cum eximiam illam animi temperiem neq; nuptialis lætitiæ variare potuit; neq; tristitia illius diei, quo cicutam hausit. Quid attoniti estis, Auditores? quid me cum admiratione contuemini? Fecit hoc, si rem ex re æstimemus, facietq; in nobis una hæc & unica morum disciplina; cui perturbationes nostras & animi ægritudine committamus sanandas. An hic Oratoris ingenio est opus, aut Patroni industriâ; ut planum fiat: scientiam istam, quam nos profiteri aggredimur, efficere; quò dominari adfectibus liceat? qui torrentis instar erumpunt, nisi istos morum quasi aggeres opposueris? Certum est, & ante oculos pedesq; situm: eum, qui decorum in personis, rebus, verbis observat; qui tempori servit & loco; iræ facili-  
mè esse frena injecturum: ut si omninò latere in abdito nequeat;  
saltem

saltem in faciem ne usq; adeò prodeat ; neq; aut stridenti spiritu , aut micantibus oculis , aut sermone præcipiti atq; rabido proruat. Ille enim Xerxis furor , risùne an vituperatione dignus sit , Vos judicate: *Herod.lib. 7.* qui ob dejectum pontem , trecentas plagas inferri mari , injicere compedes , colaphos impingere , inurere stigmata , & his verbis convicia fieri jussit : *O aqua amara ! Dominus hanc tibi irrogat pœnam : quòd cum lassisti ; qui de te nihil mali meritis fuerat.* Quanquam verò ex adverso animus mitis , placidus , benignus , lætitiâ in liberalibus profert ingeniis : eandem tamen ita temperat hæc doctrina morum : ut ne quid nimis : ne risu quis sese diffundat latius ; quàm ferat judicium eorum , quos à sapientiâ gravitas commendavit. Cicero pro *Cicer. pro Muræn.*fectò cum L. Muranâ , à Catone accusatum , tutelari oratione defenderet ; deq; Stoicis multa commemorans absurda , risum judicibus sæpiusculè injiceret : eò prolapsus est , imprudentiâ dicam , an infelicitatis ? ut ridiculi Consulis nomine traductus fuerit. Levius forè hoc videtur , Auditores ? itaq; annumeremus illud , quod & miserum est , & cum jactura conjunctum irreparabili : non rarò ussvenisse in risu nimio : ut calore spirituq; è cordis sinu ad exteriora confertim effuso , nullo vitæ fomite in domicilio vitæ relicto , mors ipsa è vestigio fuerit consecuta. Testis est , ex infinito hominum , *Valer. Max.lib.9. cap. 12.* numero , Philomenes : qui cum vidisset asellum , sibi paratas edentem ficus ; abigiq; jussisset per puerum ; sed seriùs ; & jam comefis omnibus supervenientem : *Quoniam , inquit , tam tardus fuisti ; potum quog; illi propina , merum optimum :* & cum dicto , crebro anheliu cachinnorum ita fuit concitatus ; ut confestim , senectâ jam ætate , animam exhalaret. Tristitiam porrò , illam animi morticinam , eò usq; moderamur hac philosophiâ parte : ut quanquam sit inhumanitati proximum , iisdem oculis ad sepulchrum aliquem , quibus vivum ad aram in sacro nuptiarum , deducere ; omnes tamen ejulatus , & fœminea lamenta , & profundos singultus cohibeamus : ne quid præter mediocritatem oboriri videatur ; aut loco nostro atq; existimatione indignum. Quo enim calculo notabimus illud , quod de Scipione fertur ? qui postquam de morte propinquo- rum accepisset illatâbile nuntium ;



*Sil. Italic.**lib. 12.**Sueton. in**vit. c. 5.**pietas irata sinistris**Celicolis furit, atq; hic solatia laetus.*

Quid in Caligulae morte accidit? qui et si vivus penè omnibus erat exorabilis: ad plures tamen cum ivisset; in tanta hominum inconstantiâ, & animorum, quasi crebrâ tempestatum commutatione, inventi sunt nonnulli; qui præ doloris intemperantia, quo defunctus est die, templa lapidarint, Deorum aras subverterint, lares familiares in publicum abjecerint, partus conjugum exposuerint. Sed quid plura confectet, quæ propè sunt infinita? uberrimâ hujus argumenti messim in angustum conferâ. Sic enim statuo: activâ hac arte consequi nos posse; ut odium detepescat paulatim ac refrigeretur: ut spes, misericordia, metus, pudor, Zelus, cupiditates deniq; omnes nihil in nobis pudendum, nihil poenitendum concitent. Vos, Auditores, si forè, quod informatum habeo cogitatione, verbis, ut convenit, eloqui non possum; intendite quæso animum ad ista, quæ primis duntaxat lineamentis adumbravi; idq; memoriâ vobiscum recolite, quod minimè esse insolens accepimus: multa sæpè cogitatione cerni & acrius, & citius, & certius; quàm verbis explicari, aut convestiri eloquij ornatu posse. Probavi, quod pollicitus sum in primo orationis limine: facultatem hanc, quæ mores informat ad eorum in sermone, ad venustatem in gestu, ad omnem in omnibus actionibus oportunitatem atq; prudentiam, nihil aliud agere; nisi ut ornatos nos verâ pulchritudine, ex hac palæstra dimittat. Quæ itaq; nunc mens nostra? quod votum? quis animi ardor? annon hanc optimæ vitæ Magistræ amemus? non amplectamur? non omni contentione sequendam existimemus? quam Misericors Deus in seipso, tanquam archetypo, primitus; deinde etiam in hoc spatio speciosoq; mundi ambitu, tot tamq; illustribus simulacris, ad intuendum, ad imitandum proposuit? Quid enim in Deo est rectitudo illa justitiæ & misericordiæ, sapientiæ & potentis? Pulchritudo est. Quid tota hæc Universi compages; ex naturis inconstantibus constans; ex contrariis, vilibus; quadratis, rotundis, parvis, magnis: am dextrè sciteq; educta: ut ex contrariis amicitia, ex vilibus splendor, ex quadratis robur, ex rotundis perpetuitas, ex parvis sapientia

sapientia, ex magnis amplitudo, ex omnibus majestas emineat? quid inquam totus hic mundus est? Pulchritudo est; verè mundus est. Nec

—*alio mundus debebat nomine dici:*

*Nomen ab ornatu convenienter habet.*

Quid illud admirabile in cælesti regione? ubi tot stellæ, tam inter se dissidentes magnitudine, loco, motu; sic tamen conficiunt dimensum suum cursum: ut suavissimus inde concentus efformetur; nō lonorū, qui percipiatur auribus corporis, ex Platoniorum opinione: sed proportionum in motibus siderum, qui cordis aure sentitur: quo ergo à nobis appellatur nomine? Pulchritudo est. Quid porro sibi vult, aut quò referenda est discors illa elementorum concordia? ut ignis calidus sursum adscendat; terra sicca deorsum; aqua frigida labatur per declivia; aer humidus se insinuet, quocunq; impellitur? Pulchritudo est. Quæ illa tam suavis harmonia sub terræ visceribus metallorum, lapidum, gemmarum, succorum: ut ad communem usum æquè ac ornamentum referantur? Pulchritudo est. Quæ herbarum, fruticum, arborum tam gratiosa conspiratio; ut fructus secundum speciem naturamq; suam proferant? Pulchritudo est. Quæ animalium terrestrium, aquatiliū, volatiliū ex tam repugnanti inter se adfectione, facta tamen consociatio? Pulchritudo est. Quæ inter tot membra corporis nostri contrariarum planè qualitarum, numero distincta, sejuncta loco, unita usu vinculisq; ad mutua officia mirabilis communio? imò quod hoc ipsum animæ cum corpore contubernium? Pulchritudo est. Quid sunt in Repub. commercia Magistratus cum civibus, populi cum principe, principis cum legibus? quid illæ conjunctæ in collegiis diversis operæ? Nihil hoc universum, nisi pulchritudo est: pulchritudo est, quidquid in rerum natura consequi vides fastigium felicitatis suæ. ad quam ab Opifice in prima creatione destinatum fuit. O itaq; Naturæ non filium legitimum, sed spurium! ò monstrum deformè. ingratum auribus, visu horridum, dictu asperum! ò portentum in ultimas terras efferendum! quicunq; aut sermonis, aut gestuum, aut actionum decore, conformare se ad Naturæ pulchritudinem ejusdemq; Architecti dubitat. Quæ omnia

si cui ita videbuntur elegantia; ut nihilominus putet esse jûris arbitrii aut omninò nostræ spontis: illum ego erroris & crassi convinco, & ejusmodi; qui tabulis divinæ legis è diametro adversetur. Quoties enim non modò internum animum ad Deum elevamus, gratiarum actionis & precum quasi quibuldam alis: sed membra etiam corporis, quæ suo item ministerio deposcit Creator Jehovah: nōne cultum præstamus Deo placentem, dignum officio nostro? Quod si in faciem nos prosternimus cum Abrahamo, cum Maria sorore Lazari, cum Samaritano leproso; sive cum Salomone flexis genibus manibusq; expansis sacra peragamus; sive cum publicano pectus percutiamus; sive cum Maria Magdalena effusis lachrymis pœnitentiam contestemur: & hæc omnia Deo deferamus; non idolo, aut trunco, aut imagini: nōne ad piam religionem & religiosam pietatem accedimus proximè? Jam si nomen numenque cœleste sermone usurpamus, cum pietate conjuncto & sanctimoniâ; videbimurne divinæ gloriæ fuisse addicti? In templo dum observamus loci dignitatem; Sabbato certè operamur, quâ par est, elegantia. Obsequia porrò superioribus præstare, honorem Magistratibus decenti cultu, humili ritu Dominis, officiosâ reverentia majoribus: quid aliud est, quàm Parentes honorare: ut longos vitæ annos numerare, fortunam minùs novercantem experiri possimus? Parcimus alterius vitæ; à corpore civium pericula depellimus; societatem hominum tuemur; cum verba ad modestiam, sine amarulentia; ad tranquillitatem actiones nostras absque invidia convertimus. Nemo dici poterit alterius fortunis paravisse insidias; qui illud egerit: ut nocituros aliis non modò non auxiliari manu armaverit; sed ne quidem animaverit sermone, quâ recto, quâ obliquo; signis non excitaverit. Procul etiam aberit ab omni, non dico adulterio atq; libidine; sed libidinis quoq; suspitione: qui castarum aurium habebit rationem, & ipsorum nos circumstantium Angelorum: ne vel obscœnis dictis, vel nutu, vel statione, vel incessu, à commercio, quo nobiscum franguntur, abigantur. At is quidem adversus proximum minimè falsum deponet testimonium; qui de vivis & mortuis benè potius loqui sataget; quàm aut

malevo-



malevolos sermones confingere : palam excitare, insusurrando aliis suggerere : aut allatos ab aliis nuntios ac rumusculos sequiores utrinq; patienti aure tū recipere, tum credere, tum ulterius divulgare. Deniq; ubi non modò manus à turpitudine avertimus; sed domitos oculos etiam habemus, pedes, linguam : addo, cum inordinatum appetitum cohibemus ab eo, quod possessionis nostræ non est: certè aut istud erit moderari cupiditatibus; aut ego, quid aliud sit obistere prave concupiscentiæ, videre atq; intelligere nequeo. Iam tenetis, opinor, Auditores : quàm sit divinitus tradita, & in decalogo complexa hæc ipsa scientia; quæ morum officia nobis ad decentem conversationem inculcat. Absit ergo; ut quæ lege Dei sancita est, eam vilitatis nomine traducamus! Quid? quòd eam expressissimis verbis, autoritate quavis veneratione sublimiori, toties à nobis Deus exigit : ut si conquirere velim, aut stylo expromere tot oracula, in sacro sacrarum literarum codice recitata : non me copia sermonis deficiat, aut rerum : sed vox, sed spiritus, sed latera; quæ in convalescente saris firma esse nequeunt. Itaque dum unum duntaxat alterumq; libo; in ipso statim frontispicio; agnoscitis, opinor, maiestatem Spiritus Sancti, cum nos sub persona Philippensum compellat : *Philip. 4. v. 8.*  
*quæcunq; sunt vera, quæcunq; veneranda (hæc morum professio tradit) quæcunq; iusta, quæcunq; pura, quæcunq; amabilia (hæc morum professio ad venustatem accommodat) quæcunq; boni nominis : si qua virtus, & si quæ laus est : hæc reputate.* Illud insuper, quo gentium Apostolus exhortatur Colossenses suos, quantivis pretii existit : *Coloss. 4. v. 6.*  
*Sermo vester cum gratia, sic sale conditus : ut sciatis ; quomodo oporteat vos cuiq; respondere.* Quale verò sal illud putabimus, quo condimentum addatur nostræ orationi? Equidem si rationes rectè puto, aut memoriâ valeo : duplicem esse salem prisca quondam statuerunt : Mercuri alterum ; Momus item alterum : hunc sermone constantem mordaci, inficeto, illiberali : illum arguto, lepido, cum lenitate in aures, cum suavitate in animos insidente : illum fugiendum averlandumq; : hunc ultrò etiam conlectandum. Nullus enim (rursus profero sacrarum literarum oracula) nullus omnino sermo putris ex ore nostro egreditor : sed, si quis est commodus ad adificationis

cationis usum; ut gratiam auditoribus adferat: ut proximo in bonum placeat. Neq; hanc tantum in verbis urbanitatem præstare de se quisque jubetur à Deo; Autore ac Patrono omnis elegantiae, vindice morositatis & confusionis: sed temporum quoq; præcipit, & locorum & personarum captare occasionem, in quacunque vitæ parte: quod Spiritus sanctus τὸν κατὰ τὸν ἑαυτοῦ δίδωμι, \* dicit. Quid porro in quavis actione confieri decet? Scitè id quidem graviterq; ut omnia, definit os Dei. *Nempe igitur, quæ ad pacem faciunt, scitemur:* quo verbo & pulchritudo morum, & universa salus Reipublicæ quæ quidem in hac vita transitoria contingere nobis queat, propolita est atq; commendata. An verò tam læto, tam ubere proventu expectanda est messis, ex ista morum, ut sic dicam, segete? Sanè qui rationem arbitrari ex ratione voluerit; qui rem expendere staterà sapientum, non vulgi trutinà; quod ex opinione multa, ex veritate pauca judicat: apparebit, sat scio, & eminebit in clarissima omnium luce: tantum servire paci publicæ, privatæq; concordiae morum suavitate: quantum noxæ & turpis detrimenti rusticitas, & incivilitas, & morositas, & officiorum barbara neglectio adferre solet. Tribuamus cuilibet, ex justitiæ lege ac statuto divino, quod cuilibet debetur honoris atq; exultationis: & querelæ omnes antevertentur; suspensiones exspirabunt; odia supprimentur citius, quàm emergant in contentiones; aliis postmodum futuras molestas; ipsis verò autoribus exitiales. Literis prodiderunt illi, qui res gestas hominum consecraverunt æternitati: M. Antonium, illum apud Romanos Triumvirum, irâ præcipiti abreptum; jussisse Legatum Octavi, denudatum loris cadi: quòd licentiosius cum amasia Antoni locutus esset, ræsentie rivali; inmemor, quàm mollis ac delicata sit res amor, & in utramque partem irritabilis. Non indigna res erit vestris auribus, repetere facinus Stephani, Walachiæ Reguli Ad eum miserat Tartarorum Princeps centum Legatos; filii sui, qui bello captus erat, reposcendigratiâ. Illi cum nimis effreni uterentur linguâ; cum formidinosos opponerent; minas jactarent; ferrum grandinarent; ignes fulminarent; ni captus dimitteretur: Walachus verba illis atrocita perjugulum

*oportuni-  
tatem re-  
dimere.*

*Rom. 14.  
v. 19.*

*Plutarch.  
in Anton.*

*Rodin. f. de  
Republ.*

gulum retorſit; necem intulit omnibus; uni ſoli vitæ gratiæ ſaſcitâ:  
quem auribus truncatum; mutilatum naribus, ut cladis foret nunti-  
tius, in Scythiam redire juſſit. Facinus ſanè indignum; diffiteri nec  
poſſum, nec debeo: cùm & jure omnium gentium ſancti ſint Legati  
atq; inviolabiles: & iniquiſſimè comparatum merito judicetur ab  
omnibus, qui aliquid, non dico juſtitiz, ſed humanitatis habeant:  
lubricum linguæ ad pœnam ſtatim trahi; verba, verberibus; inde-  
centem geſtum, aut actiunculam paulò inciviliorem, ipſâ morte re-  
pendi. Viciffim tamen magni eſt imprudentiz pars: vel dictis exa-  
ſperare intus ebullientè cupiditatem; vel ita Te facere juſſi Tui Prin-  
cipis; ut ejus ad quem miſſus fueris, amplitudinem lædas: vel igno-  
rare mores indolemque ejus, apud quem oratio ſit exprimenda.  
Non enim in vita com-muni tam præclare nobiſcum agitur: ut ſub-  
inde contingat, quod cum æquitate fuerit conjunctum: ſed quid  
fieri ſoleat, quid conſueverit, uſu, an abuſu, jure an injuria, illud diſpi-  
ciendum eſt. Conſultari neceſſe habemus cum ingeniis, non minùs  
perverſis, quàm diverſis. Qua in re utramque paginam, quod dicitur,  
hæc doctrina facit; quæ tempori nos ſervire, loco, perſonæ accommo-  
date monſtrat. Hæc, hæc pars erit potiſſima operis noſtri, ac mu-  
neris. ut quemadmodum corpori humano

data tempore profunt,  
Et data non apſo tempore, vina nocent:

Ovid.

Arrian. in

ſic mortales dignoſcant: multa per naturam & ex ſe honeſta, multa  
decora, multa utilia; corrumpi tamen: ſi intempeſtivè ſuſcipiantur.  
Magnus ille mundi dormitor, Alexander Macedo, facile perſere-  
bat liberæ aliorum linguas: paliebatur vocalis, etiam dentatas  
pluſculum, & utrinque ſauciantes: ſed cùm mentis ſuæ com-  
pos, hæc eſt, ſobrius reperiebatur. Quod dum Clitus negle-  
ctum habebat in convivio: dum ebrii regis ſaſtum nimii æſt matoris  
rerum ſuaram, conaretur retundere; ipſe non ſatis ſobrius: verbis  
autem mordacibus uteretur: quid inde conſecutum putatis, Audi-  
tores? Proſiliit Alexander, ſenſibus mero victis: & ſatelliti excuban-  
tiſſi.

vit. 9.

Curt.



ti farisâ extortâ, latus transfigit Cliti; ut toto vestibulo cruor manaret: illius, cujus alioqui & fidei & tutelæ validissimam imperii partem, seq; adeo totum commiserat. Vos, Auditores, jam prospicite iudicio: uter magis vituperatione dignus videatur: Alexanderne, qui cum summa animi poenitudine, qualis subsequi facinora solet furiosorum hominum, cum perfodit, irâ percitus; cujus pectore olim tergum suum, caput nudum clypeo tectum fuerat ad Granicum amnem: an Clitus infelicior fuerit, aut imprudentior, aut utrumq; (quod est verius) qui silentium præstare in vinolentia non didicerat. Vino enim incalescentem, & jam ad iras propendentem, laceßere insuper responsatione importunâ; quempiam imprimis, teneri atq; exquisiti sensus ex Magnatum numero: quorum præ cæteris, ut plumæ gratiæ, sic plumbeæ iræ esse solent: quid aliud erit? quàm si gladio ignem foderis: aut

*Martial.*

*Fumantis nasum vivi tentaveris urfi.*

Tantum omninò est pretium operæ: ut in subsidium cunctarum actionum adhibeatur disciplina ista & oportunitatis & humanitatis; quæ benevolentiam nobis conciliat, gratiam, beneficia: quæ concordiam tuetur sapienti lenitate: quæ discordiam tollit, sedat tumultuantes, placat iratos: quæ animos hominum planè refractarios domat, rebelles expugnat. Carneadem provoco, Auditores, hominem nec fluxæ fidei, nec nullius scientiæ: qui interrogatus, quidnam esset forma & pulchritudo hominis; respondit, regnum esse, sine satellitio: quoniam formosi faciliè, quod vellent, obtinere possent, nullâ vi adhibitâ. Magnifica sanè vox; & digna homine, prudentissimo! At quantò magis verâ illâ pulchritudine exornati, quam nos requirimus ex Dei totiusq; naturæ archetypo, emollire possunt eos, quorum æs triplex circa pectus consistit: qui nullâ arte, nisi hac tractoriâ, duci atq; emolliri possunt. Planè ut adamas, nec ferro tantillum, nec igni cedit; hircino sanguini, dum calet, injectus, tractabilis redditur: perinde mansuecunt horrida ingenia, & efficiuntur mitissima: cum verborum suavitare, vocis moderatione, gestu non absurdo, opportuno tempore gravitatem temperaveris. Hac disciplinâ Imperator sæpè dissolutum exercitum redegit in ordinem:

*Laërt.*

*Stoba.*

dinem: hac disciplinâ Magistratus retinuit intra legum observanti-  
am cives: hac disciplinâ præcones verbi Dei plures lucrati sunt Chri-  
sto; quàm pro suggestu linguæ fulmine contra institutum Christi,  
debaechantes. Quæ tamen non eò dicta velim, aut in licentiæ rapi  
argumentum: quasi faciendum putem; ut planè conniveamus in  
enormia hominum facta: sed meminerimus; plerunq; nos tempe-  
stivè monendo plus, quàm minando importunè proficere. *Re. 2. Sam. 12.*  
prehendit Davidem Nathan; sed pari mansuetudine, pari gravita-  
te, pari lepore: nec minùs Abigail, ab eodem Rege, sed artificio, ut  
tecto, sic observantiæ pleno, gratiam Nabali impetravit, quam il- *1. Sam. 25.*  
le effuderat: cùm durus esset, horridis moribus, atq; improbi-  
or; quàm ut quisquam eum alloqui sustineret. Ac profectò habent  
sublimia illa ingenia & Heroum animæ hoc sibi proprium & inge-  
nitum: ut verborum amabilitate, sæpè intuitu gratiofo ducantur  
quaquà versus: sæpè etiam commento liberiori, sed ingenuo; sæpè  
decipulâ quadam, sed citra fraudem, à moribus abducantur ac de-  
suescant, sibi noxiis & toti Reipublicæ. Tanti est momenti; ex  
doctrina morum illud combibisse: ut quo tempore, quousq; quâ  
cautione, quo gestu laus, vituperatio, reprehensio, commonitio,  
gratulatio, consolatio suscipienda veniat. Nequeo mihi tempe-  
rare, Auditores; posteaquam ad liberalia commenta me deduxit  
oratio: quin conversus ad Jacobum Magnæ Britannix Re-  
gem Maximum, illa commemorem; quæ Metellus Sequanus,  
Vir clarissimus, ex ore Nepotis è sorore Buchanani excepit, ad  
amicos perscripsit. Ipsa verba quæso cognoscite: *Paterui, Nath. Chy-*  
*inquit, meus erat natura salsus & mirè urbanus. Cùm videres tr. in not.*  
*regem omnia omnibus, quæ peterent concedere: ut regem, cuius erat Pra-*  
*ceptor, hac parte emendaret; regem adiit, cum duobus libellis supplicibus, Buccan-*  
*in quibus, quæ statuerat, petiit: in quorum uno supplex poscebat; regem ni-*  
*se, permissu regis Scotia, cum libera regni administratione ad quindécim*  
*dies fore. Rex, cùm ille verbis nō exponeret; sed quæ in libellis contineban-*  
*tur, posceret; petenti annuit; utriq; libello manu propria subscripsit. Bucha-*  
*nani egressus, cùm à quodam procerum nomine solito saluaretur;*  
*faciem ab eo avertit: sum Rex, ait: magnamq; ac regiam majestatem*

præ se tulit. Idem toto quindecim dierum tempore, se regem esse omnibus adfirmavit. Quo exacto, ad regem rediit; & se quoque regem esse confirmavit. Rex admiratus. Tu, inquit, mihi Scythia regnum donasti. Rex cum magis admiratus. Cum hoc negaret; ac forte putaret, illum esse mente mota: En, inquit, literas manu tuâ, de regno mihi abs Te donato, subscriptas: eumque capis, tanquam discipulum præceptorum graviter reprehendere: quod, quæ peterentur, non perpensa concederetur, cum quantæ ei damna inde evenirent. In posterum igitur, ne quid cuiquam indulgeret; nisi prius illud, quidnam esset, probe nosset; & cui beneficium conferret. O facinus pulchrum! dignum profecto tanti Regis Præceptore tanto! sed qui ex veteri historia factum sibi ad imitandum haud dissimile proposuerat: quemadmodum nihil adeo estrarum aut insolens, quin olim antiquitas tale quiddam tulerit in-

*Theodores. lib. 5. c. 36.* illo rerum humanarum circulo. Theodosius Cæsaris eadem erat in subscribendis codicillis facilitas; quâ sæpè eundemque prolapsus fuit *Niceph. lib. 4. c. 23.* incuria: ut non lectis ipsi, cujuscunque tandem argumenti forent, nihil haberet pensum; nomen subsignaret. Indignata ob id Pulcheria soror,

cum nollet acerbâ castigatione fratris animum tentare: literas conscribi curat, in quibus uxor illius Eudocia petita in servitutem, ulterò mancipio dedebatur. Ac illas, nondum lectas, postquam subscriptione confirmaverat: paulò post errorem Cæsar agnovit, oscitantiam correxit, sororis ingenium, quale femineis sæpe præ nostro sexu contigit felicius, comprobavit. Quod si verò ipsi Magnates vicissim de se præstare possunt hanc boni moris elegantiam: Deum immortalẽ; quàm jucundum spectaculum exhibetur virtutis & dignitatis! quàm grata mixtura majestatis & clementiæ! Eaquẽ tantò major; quando ab eo exercetur: qui cum scire potuisset, parere maluit, & præ se ferre mansuetudinem. Videor mihi Magnum

*Flor. epit. 100.* illum Pompejum videre, collatis signis cum Tigraue dimicantem. Video illum victoriâ jam positum; sed utentem tantâ moderatio-

*Cicer. pro Sexto.* ne animi: ut exarmatum Tigranem, cum in suis castris victum abjecerat, vidisset, crexerit; insignis regium, quod ille decapite suo abjecerat, repoluerit: in conspectu applaudentis exercitus, apud sese *Valer. Max. lib. 5. cap. 1.* equâ sellâ cum sedere jussit; cerulâque rebus imperavi, in pristinum fortunæ



fortuna habitum restituerit : perinde pulchrum esse judicans , & vincere reges & facere. Quid Tuus ille Æmilius Paulus, Illustris Pa- *Liv. decad. 5. lib. 5.*  
trone , Generos. SCHONAICHI ? Superato jam postremo Macedonum Rege Perseo; cum is pullo amictus pallio in castra Romanorum ingrederetur, nullo suorum comite : Æmilius Consul assurrexit ; & jussis sedere aliis, progressusq; paulum, introeunti regi dextram porrigit. O expugnatric animorum humanitas & benignitas ! Dicendum etiam hoc est, quod minimè obliviscendum : submittentem se victum ad pedes victoris sustulit victor ; nec attingere genua, supplicum ritu, passus ; introductum in tabernaculum adversus advocatos in consilium confidere jussit ; erexit solatio ; tuendum mandavit Q. Ælio : ipse eundem ad sese invitavit. Illustre facinus sanè ! Idq; ex memoria antiquitatis repetendum ideo censui : quòd Tibi Magnificentissime Fundator, non modò ante oculos obiverit Æmilius semper ; Tuus fuerit factus imitatione pulcherrimæ humanitatis : sed primitus occasionem dederit, de nova hac Professione, quam mihi committeres, cogitationes suscipiendi sapientissimas. Ego itaq; , ut ad littus tandem convertam hinc orationis meæ cymbam : ego , inquam , aggressus hanc provinciam , potroq; obsecraturus voluntati Tux , sic eam administrabo : ut primò industriæ juventuti , quâ potero brevitate , universalia quædam officia , quæ omnium ordinum homines inter se communia habeant , stylo facili, concatenatâ methodo , regulis & exemplis illustrata proponam. Nimirum nulla ad docendum discendumq; aptior esse ratio potest, quæ optimæ Ducis Naturæ insistentis vestigiis, opera ejus, doctrinæ præceptis, imitatione exprimit. Atqui illa non uno partu omnia excludit : sed inferiorem hunc mundum primò ex rudiuscula materia productum , reliquis diebus expulvit : tum elementa ex indigesta mole per separationem eduxit : deniq; ex his mineralia, herbas, frutices, arbores, animantia in hunc Naturæ campum protulit. Quis ergo nobis succenseat, si, Naturæ filii simul & imitatores, præ tantis universalibus singularibus, specialibus generalibus ? Postea ex sacris profanisq; literis, ex Græcis Latinisq; Autoribus, addo etiam ex Italis, Gallis, Germanis, Hispanis, apiculæ instar mellificium quoddam.

quoddam congeremus: ex quo præcepta, historiarum delictis con-  
vestira, singulorum ordinum homines, ad decoram in vita civili  
conversationem, haurire possint. Habebunt suum singuli  
libellum, quo legant officia sua. Pater, Filius; Herus, servus; ma-  
ritus, uxor; Princeps, populus; Magistratus, civis; habebit spe-  
culum suum, ad quod conformet mores Eques, Aulicus, Miles,  
doctus, indoctus, superior, inferior: & qui præterea sub manu nostra  
formandi veniant. Equidem mihi præsentire videor, haud defore  
quosdam: qui, si verbis palàm non ausint; animis certè me appel-  
lent. Tunc ergo ipse usq; eò amplà Tibi illud præsumis: ut in tam  
insolenti munere, tam longè lateq; patenti provinciâ, tam diversâ  
diversissimarum rerum personarumq; varietate versari pari pruden-  
tiâ, felicitate non minori posse confidas. Ego verò non ita sum mei-  
metipsum nescius; ut obliviscar,

quâ parte meus me calceus urat.

Etiâ illud addo: difficile esse molitionis opus, secare primam gla-  
ciem: difficilimum, in schola inchoare novum Professionis genus:  
in quo nullum prævium habeas Doctorem Ductoremve certum.  
Sed tamen in promptu est, quid respondeam: sic enim statuo: quem-  
admodum alijs viam ostendens, & illos deducit, & ipse unâ pro-  
greditur: haud dissimili operâ, qui aliorum animos format & in-  
genium; suum firmat: & quasi dux viæ, quam ipse habuit aviam,  
alijs aperit, complanat, ostendit. Quanto ergo minùs ingenio  
valeo; aut adsequi possum iudicio; aut usu præconceptum habeo:  
tantò magis connitar omnibus viribus: ut subsidio mihi cum fide,  
comparem diligentiam; quæ non minùs frangit dura, emollit aspe-  
ra & inæqualia: quàm frequenti formicarum itinere attritos silices,  
& in opere semitam factam esse legimus. Hoc præsidio instructus,  
& hac bonâ spe, fungar sanè vel.

Plin. lib. 11.

cap. 12.

Hor. ut.

vice totius acutum

Reddere quæ ferrum valet, exors ipsa secandi.

Præpotens est Deus, atq; etiâ in us efficax, quorum infirmitas est  
cognita: modò in vocatione legiima, sine fraude, sine ignavia, non  
• Servitute κατ' ὁρθα λημδαλίας, fideles operarii existamus. Vos quoq; cives  
Rei-



Reipub. nostræ literariæ; Vos compello extremâ oratione meâ: *ad oculum.*  
 Vos ad subsellia nostra adferte & stylum & tabulam: hoc est, indu *Eph. 6. v. 6.*  
 striam, animumq; vacuum ab inertia atq; perturbatione: ut menti  
 vestræ ac memoriæ inscribere possitis; quæ de ingenii nostri supel-  
 lectile exprompturi simus. An dubitatis, huic nostræ scientiæ expo-  
 niendas tradere animorum vestrorum rudes testulas? cum tanta sit  
 ejus dignitas ac præstantia; quantum eloquentiæ majestate vix quis-  
 quam exornare possit. Quanti enim illud æstimandum, quod tum  
 Naturæ ipsi, tum ejus Archetypo similes vos facit pulchritudine; in  
 quâ rerum omnium bonitas consistit atq; perfectio? Vidistis opinor:  
 sin minus; audicione percepistis: quàm sibi placeant, gratulentur,  
 gaudeant, tanquam insigni bono, illi; quibus imago cujusdam  
 Principis, in aureo nummo repræsentata, dono exhibita fuerit!  
 Ex illa enim donantis vultum contuentur: ex vultu animum colli-  
 gunt; ex animo majestatem; ex majestate virtutem; quæ opti-  
 mum bonæ conscientiæ theatrum. Et erit quisquam ita prodigus  
 vel felicitatis suæ, vel existimationis: ut simulachrum Creatoris  
 sui, quod in hoc universo tot monumentis elucet, nolit exprimere,  
 & quasi circumferre secum, gratiosissimâ morum venustate? in  
 qua Dei quodammodò vultus, animus, majestas, virtus cerni po-  
 test. Quid? quod eadem disciplina Morum intellectum docet, vo-  
 luntatem instruit: quot spatiis inter se modisq; varii in vita huma-  
 na ordines disjungantur: quod officium, qui cultus sermone, gestu,  
 opere singulis conveniat: quid in quavis actione intempestivum,  
 quid ex adverso opportunum censeatur. An quis ergo carere velit hæc  
 vitæ civilis magistrâ? Ludionibus sæpe, & doctoribus rerum, quæ  
 nec scienti prolunt, nec officium ignorant, pecunias tamen, & pre-  
 ciosissimum tempus impendit adolescent.

*Utendum tardus provisor, prodigus avis.* *Horat. in*  
*Quâ fronte ergo negliget ullus mortalium hanc animi ducricem, art.*  
 quæ prudentiam nobis conciliat, matrem felicitatis in hoc actuoso  
 vitæ genere? Non inferam veritati vim; sat scio: si confidenter,  
 quod sentio, dicam: ex omni vestra corona; nullum reperiri facile  
 poss; quin dominari malit, si optio detur, quàm servire. Huc ergo  
 ades, quisquis es:



*Claudian.*

*4. de Ho-*

*mori Conf.* cum adfectus domare didiceris: quod sanè ex ista disciplina ni con-  
sequaris: plumbeus eris, fungus, &

—tunc omnia jura tenebis;

*Cum poteris Rex esse tui:*

*Horat.*

—crasso Boeotum ex aëre natus.

Nolite repugnare Adolescentes: res enim integra non est amplius: nec vestri existimetis arbitrij aut juris, suspendere actionem illius rei quā Præpotens Deus non postulat tantū voce honorariā; sed jure suo flagitat: sed nos sale vult conditos esse, captare gratiā, pacem, oportunitatem rerum gerendarū. Accepimus literarū monumentis consignatū: fuisse nō modò, qui Dominorū sputa lingere putarint officij sui: sed amalos sæpè in scorilli gratiam omnia sua, quā corporis, quā animi, quā fortunarum bona in discrimen conjecisse. Dei verò insuper habebimus mandatū? quo ad ejusmodi opus scientiamq; invitamur: ex qua non modò turpitudine nulla, periculum nullum; sed utilitas emergit longè maxima. Quid enim tutius nobis præsidium in omni vitæ parte? quid adolescentibus venustatem, auctoritatem senibus, omnibus conciliabit gratiam? quid concordiam & justitiā, & ex utraq; efflorescentē beatitatē publicè privatimq; tueri poterit? si hæc facultas concinnandi mores non poterit. Agite ergo, Adolescentes: commodis ornamentisq; suis servire non posse, imprudentis est: nolle autem, cum possit, extremè impudentis. Patent vobis studia nostrā, & cum industria fideq; conjunctæ operæ. Vestrum est, prehendere fronte tenus occasionē, ubi capillata est: ne tergū illa obvertens aut occipitiū, quo glabra est atq; depilis, oscitantiam Vestrū eludat. Atq; eludet profecto! sic. n. comparatū est: & hoc ipsum rerū suarum satagentes, bono suo; improvidi cum infami suo damno didicerunt: ab occasione vicissim delori, quisquis occasionem deseruerit. Etiam illud adjungo: cum Hospites sis Illustris Domini & communis Patroni, generosissimi Baronis: nolite per Deum immortalem committere: ut quam ille maximè necessariā judicavit disciplinam, in salutē societatis civilis; eam Vos contemptum habeatis: quod tam foret abominabile crimen ingratis animi; quā certum est, maledictionē ab illius domo, in quam se necel diverterit, minime esse redituram.

Excursus

Excute segnitiam & somnum, Phœbe! pubes.

Quid juvat exiguum vita torpente veterno,

Luxuriamq; inter, traducere molliter ævum?

Tempus abit, volucrisq; dies, dimensaq; punctum

Hora fugit: subeunt morbi atq; exsacca senectus.

Ergo ades; & Charysion lixa, morumq; decoro.

Dum datur, atq; vigem vernanti in corpore vires.

Moribus inculto, tam prodest mentis acumen:

Quàm pulchra est facies, oculis procul inde remotis.

Utg; salutarem possis contingere metam,

Artibus ingenuis & morum excellere pulchro;

Effuge monstra duo, Stygio cane pejus & amne,

Et ceu navis fragas diri maris equore Sirtes.

Quæ sint, scire cupis? res est non parva; docebat

Immodicus Bacchus, turgensq; superbia fastu,

Heu mihi quot perdunt homines, quot regna, quot urbes!

Nam si mens inops vapidò se sponte Lyao

Committit superandam, animi securâ, juvenemq;

A suisbus nil distabit, catulisq; luporum.

Va quibus ingluvies Deus est, ventrisq; vorago!

Præcipites porro quos vana superbia casus

Attulerit, paucis nequeo comprehendere metris.

Itit ad infernas missus Salmonæus umbras;

Ausus iners celi dum, non imitabile, fulmen

Fingere. Quid juvit fratres immanibus ausis

Quondam terrigenas imponere Pelion Ossâ?

Res dubia est, furis fastuq; laceffere calum.

At Tu, Christe Deus, nostros miserare labores;

Tu nos stelliferi de vertice respice templi;

Et genti submitte Tua Spirabile Numen:

Quo sine nil mens nostra capit, nihil inchoat altum.

Hoc ubi deterfit feces & cordis an. urcam:

Tum sapere & fari, sanctasq; licebit opellas

Aggredi, inamota fido conamine mentis.

Proteg.

Protege, Christe Deus, valido munimine scuti  
 Schönaichjum, cujus genus alto à sanguine Divum,  
 Ut sine nube dies cruda viridifq; senecta  
 Transigat, & tarde sanctum caput inserat astrum.  
 Vive Deo, Schönaiche, Tibi, patriaq; Camænisq;  
 Aoniog, isti populo. Te stante, viremus.  
 Rara nimis res est, & continet annulus unus  
 Nomina, qui Musas dignantur sede, Dynastum.  
 Vos quoq; calistui bene provehat aura Favonius.  
 Quot quot in hac placidi Musis operante coronâ,  
 Auribus hausistis mea dicta, & mentibus aquis,  
 Illustres genere, aut famâ super aethera vestri  
 Quos Phœbus clarat, niveiq; in pectore mores;  
 Deferimus grates meritis, hostire parati.  
 Sic vitæ saturos tandem nos colligat omnes  
 Regia, Christe, Tuis famulis & civibus apta,  
 Quæ gemmis & Ophiréo nitet amplius auro:  
 Hic ubi delitium Deus est, & candidus agnus:  
 Hic Deus electis erit omnibus omnia. Dixi.

Reddimus quoque intimationem, quâ operarum nostrarum fecimus inditium, & ad orationem audiendam, Illustrem Panegyrim convocavimus, exoravimus.

CASPAR



# CASPAR DORNAVIUS

PHILOSOPH. ET MED.

IN ILLUSTR. GYMNASIO SCHONAICHIO

Morum Professor Lecturis

S. P. D.

**M**isera est eorum conditio, qui vel in-  
fausto adeò nascuntur genio; vel ita se literis abdiderunt:  
ut nihil in lucem adspectumq; hominum possint profer-  
re: quo & sapere & prodesse sibi aliisq; videantur. Equi-  
dem in pulvere literario sudaverat ille; sive Philosophum dicas, sive  
Sophistam, sive Scholarem (nomen Hierocles non exprimit) qui  
flumen trajicere volens, conscendit navem eques: causam ve-  
rò percontanti cuidam, \* *αὐτοῦ ἑαυτοῦ*. Fatuus sanè insulsi ho-  
minis sermo! sed tolerabilior, quòd risum sine noxà concitat,  
eo; qui comitem habet pudendam ignominiam, quandoque pœni-  
tentiam atq; exitium. Ibit in seculi infamiam Democharis petulan-  
tia, unius ex Legatis Atheniensium: qui Philippo Macedoni, sciscia-  
nti, nossentne illi, quidpiam à se gratum in civitatem Atticam pro-  
ficisci posse; præruptâ voce: *Nil, ait, gratius nobis feceris; quàm si*  
*te suspenderis.* Dira vox & impia! quàm illi per jugulum adegisset  
Philippus: nisi iniquius judicavisset, injurias evomere ex impotentia  
animi: quàm insolens dictum concoquere. Non licuisset profectò  
Græculo illi tam impunè Majestatem violare: si cum Basilide Mo-  
scho, vel Draculâ Walacho (de utroque enim narratur) res illi fuisset:  
qui trium è Turcia Legatorû pileos clavo capitibus adfigi jussit:  
cùm reverentiæ obliiti, prius operuissent capita; quàm ab eo, coram  
quo verba faciebant, jussi fuerant. Frustra hic jus sanctæ Legationis  
appellatur, etsi in factò iniquissimo, apud eum, qui jura divina &  
humana ius deq; habet. Unde verò ista in Philosopho stultitia, scur-  
rilitas in Demochare, in Turcis rusticitas? Ab inerti hominum incu-  
ria: verbò quippe dicendum, quod res est. Etsi enim multi adeò na-  
scuntur suo fato fatui: quos tam erit difficile, adducere, ut Gratiis  
litent: quàm est arduum, ex tortuoso ligno elegantem Mercurium  
finge-

fingere; plures tamen corrumpuntur institutionis vitio; quos Natura prædus ad elegantiam satis, satis ad prudentiam intruxerat. Hi sunt, qui vel toros, non dico dies, sed vitæ annos, speculationibus dediti nihil profuturis, domi desident; ut in cavernis vulpeculæ: vel quemadmodum *μύες καλαμοτρόχοις*, murium instar, in antris, lucifugæ calamos arrodunt; averſantes omnem *ὀμίλιαν* & consuetudinem cum aliis, ad quam homo conditus fuit, *ζῶον τῇ φύσει πολιτικόν*. Inde, inde efficitur, non modò *ζῶον* illud, *ἢ πάντες γελῶσιν*, animal omnibus ridiculum, ex Epicteti scito: sed corroboratur morositas; quæ nec verba sine dente exprimere, nec gestus actiones, quæ sine tactu aliorum aut injuriâ expromere noverit. Ita est ergo vivendum Scholæ; ut vivere etiam vitæ discamus: cogitandumq; est frequenter apud animum: planè indignum esse luce; quicumq; in umbra delitescit: ut in luce hominum, re olim exigente, consistere; personis cultum, decorum rebus, officia temporis accommodare nesciat. Thales sanè, qui locis desertis diu multumq; versatus; multum sapientiz, prudentiz parùm consecutus fuit: quem qui sibi umbraticus deligat imitandum; non magis sapere poterit: quàm benè olere, qui in culina habitat. Ea est enim, fuit, eritq; omnis ævi ratio: ut nisi ipsissimus Homerus artē cum prudentia; prudentiam cum providentia, providentiam cum venustate morum ad vitam tutandum quærat; frustra in omni vitæ parte sit futurus: explodendus ob simplicitatem, sed stultam: ob barbariem quoque, sed injuriosam, tolerabilis minimè. Vidit hoc dudū pro incomparabili sua prudentia, ILLUSTR. BARO SCHONAICHIUS, *Bechania, Carlati, Milkavitz, &c. Dominus, Sacre Cesar. Majestatis Consiliarius, & per utramq; Silesiam ac Lusatiam Cancellarius, &c.* Vidit ille; cū in hoc suo vernanti Gymnasio novam Professionem Morum, summè necessariam invenuto hoc & confuso seculo, excogitavit ipse primus atq; constituit; nullo prævio exemplo Scholæ ullius, Gymnasii aut Academiæ. Separata nempe est ab ea Philosophiæ parte; quæ hactenus pro pulpitis Scholarum, Ethicæ ac Politicæ nomine tractata fuit. Quanquam enim hæc quoq; recens Professio, inaudita superioribus seculis, cum virtute omne suum habet commercium; adq; eam ducit Elegantiæ Candidatos: id tamen proprium obtinebit; ut præcepta

omnia



omnia non nisi vitæ activæ & conversationi civili accommodet. Nil  
campanius, si plenius non potero: omnem omnium hominum co-  
tum hæc scientia in certos dispescit ordines: & ex his cuilibet præ-  
scribit regulas, sacris profanisq; tum dictis tum exemplis con vesti-  
tas: unde quivis noverit; quâ sermonis venustate, quâ gestuum gra-  
tiâ, quâ oportunitate actionis se conformet: ut vel sine dedecore  
privatim, vel in publico versari cum dignitate possit. Hæc docendi  
provincia ad me delata fuit; difficilima sanè, quæ & Ulysses & Phæ-  
nicem, & Nestorem, & ipsum adeo Socratem desideret: qui novum  
philosophandi genus è cælo deportet; in formâ artis digerat. Certò  
enim & usus hæc res est plurimi, dixerim propè infiniti: & hominem  
requirit in omni opere literario ita, ut sic loquar, exasciatum: ut  
nostri præciq; seculi mores, & gentium res variè gestas atq; instituta  
non minùs, quàm linguas earundem, non ad necessitatem, sed mun-  
diciem usq; teneat. Ego verò quid molior? amens profecto sim, tale  
quid si mihi arrogè: qui ungves in vulneribus meis sentio; atq; etiâ  
quâ parte doleam, non infiteor. Vicissim tamen, ut illi, qui arbitrio  
maris se crediderunt; nō, ubi volunt, redire possunt: sed vela por-  
rò sunt facienda: ita nec mihi ex hoc stadio pedem referre integrum  
est: laborare necesse habeo; non otiosè conqueri. At connitari sanè,  
quantum potero per vireculas tum ipsius ingenii, quod in me est  
exiguum, tum corporis, plusculū exhausti recidivâ malitiosis febri-  
anno nondū vertente. Quòd si ego oneri ferūdo sim futurus impar;  
pectus idèò in pedes nō decidet: cū intra legitimæ vocationis car-  
ceres currenti, auxiliarem manum ex sublimi porrigat ille, cujus vir-  
tute virtus ipsa in infirmitate perficitur. Priùs verò, quâ prælectiones  
instituam publicitùs; opinor, me precium facturum operæ: si ad  
ista sacra lotis manibus, hoc est, præfatione instructus accessero.  
Non modò enim confieri oportet, ut ostendam: quanto opere hæc  
Morum disciplina conformata sit ad pulchritudinem Naturæ & hu-  
jus architecti: quàm sit consona scripturæ divinitùs inspiratæ, clarissi-  
mâ DEI voce à nobis requisita: quàm nos doceat domitas habere  
cupiditates; quàm apta sit, pacem, amœnitatem, gratiam, ordi-  
nem honestum sancire; conservare etiam in tanta ingeniorum varie-  
tate: sed ipsa insuper luventus præmonenda est; quid sibi de novo



Doctore polliceri habeat. Ad diem ergo proximum XXX. Januarii. quod cum Bono DEO fiat, auspicalem hanc orationem præmittam : sed ubi prius à vobis impetravero, Viri Generosi, Magnifici, Nobilissimi, ornatissimi : ut me dicturum de rebus pulcherrimis juxta & necessariis, honoraria vestra audientiâ dignemini. Quod ut faciat, rogo ; & , si æquum est, obtestor. Vos, per elegantissimas Gratiarum, quæ à Vobis geruntur in oculis ; quæ ita consueverunt in liberalibus ingeniis : nihil ut denegandum putent ; quod honestè, quod faciliè, quod sine intertrimento concedi queat. Sic nos DEUS Opt. Max. auctor decoris ac venusti ordinis, ita excolat : ut in hac morosa mundi senectâ ; morum tamen amabilitate, gustum aliquem præconcipere possimus ejus pulchritudinis ; quæ ex facie DEI in altero illo amœnitatis seculo, purissimâ luce resplendebit ; quam universa Angelorum corona, cum tota Ecclesia militanti, nobiscum est communem habitura. Valete, qui legistis, & favete. P. P. Bethaniæ Elysiar. ad Oderam XXI V. Januarii. an. cIdo cxvii. cujus perinde exordium atq; exodium felix largiatur *Genti humana Pater atq; custos.*

Autho-

Authorum.

AD ETHOPRAXIAN PER-  
TINENTIUM SYLLABUS.

**E**Quidem cum hac Ethopraxia nostra ita comparatum est : ut utramq; paginam faciat experientia, longo usu & conversatione, cum omnium ordinum genere in vita civili, comparata. Vicissim tamen & egregia adminicula adferunt boni Autores; qui experientiæ, quod deesse videbatur, quæ uni-  
us hominis non potest esse sufficiens in omnē partem, conferunt liberalissimè. Horum sub-  
jicimus nonnullos, è quorum quasi materia-  
tione exstructuri sumus systēma nostrum; primò generale, quod omnes promiscuè ho-  
mines, ad officia cultumq; elegantiae in vita  
former: postea Institutiones Civiles ad singu-  
los ordines humanæ societatis daturi. Quo  
nomine exhibemus tum in genere, ut lo-  
quuntur, Autores, tum in specie, quæ priscos  
quæ recentiores.

In

# In genere ductores nobis doctoresq; erunt.

*Sacra Biblia, cum commentariis,  
in universa, maxime*

*Pentateuchum,  
libros regum, Psalmos,  
Proverbia Salomonis, Prophetas,  
Ecclesiasticum, Librum Sapientie*  
Epistolas { *Pauli  
Petri  
Iacobi.*

## His subjicietur ex gr.

*Plat.* { *Eutyphro, Apologia Socr.  
Crito, Cratylus, Civilis,  
Convivium, Lyfys, Protagoras,  
Meno, Hippias.*

*Xenoph.* { *Vita Socratis,  
Præcepta Oeconomica*

*Isocratis* { *ad Demonicum,  
ad Nicoclem,  
Archidamum.*

*Aristotelis* { *Ethica,  
Politica,  
Oeconomica,  
Rhetorica.*

*Theophrasti characteres morales,  
cum commentariis Casauboni.*

*Ciceronis* { *de officiis  
Caro  
Lelius  
de legibus  
de finibus  
Paradoxa  
epist. ad Attic. & Q.  
Frat.*

*Seneca* { *epistola  
de tranquillitat. animæ  
de beneficiis  
de ira  
declamationes.*

*F. Quintilianus.*

*Agellius.*

*C. Tacitus*

*Plutarchi* { *Vita  
apophthegmata, Symposiaca  
de amicorum multitudine,  
de garrulitate, curiositate,  
tuenda valetudine,  
vitiosa verecundia,  
sua ipsius laude,  
de cobibenda ira, tranquill. animi,  
de auditione, puerorum institutione,  
de capienda ex inimicis utilitate.*

*Pausanias*



*Pausanias.*

*Valerius Maximus.*

*Laërti Vita Philosophorum.*

*Macrobi Saturnalia.*

*Atbenai Dipnosophistica.*

*Andronici Rhodi de animi adfectionibus.*

*Nigrinus, sive de moribus philosophorum.*

*Timon, sive μυσάγωγεον.*

*de calumnia.*

*dialogus Plutonis & Mercuri.*

*Luciani Hermotinus, sive de heresibus.*

*Diogenis & Alexandri Dialogus.*

*de iis, qui mercede conducti.*

*Cynicus. Toxaris sive de amicitia.*

*de salutatione. Anacharsis sive de gymnasiis.*

*de luctu. Demosthenis encomium.*

*Charidemus, sive de pulchritudine.*

*Tertullianus de cultu seminarum.*

*Clementis Alexandrin. Pedagogus.*

*Basil epistola ad Gregorium.*

*Thome Aquinatis Secunda secunda.*

*Bernhardi quadam.*

*Isidorus.*

*Augustini de civitate Dei.*

*Officia { Lactanti*

*Ambrosi.*

*Ioan. Chrysostomi Homilia de liberorum educatione.*

Ex veteribus succum trahemus & sanguinē:  
neque tamen sicco pede prætereundi recentiores:  
qui veterum inventa suis locupletant repertis;  
prisca novis accommodant, seculum cum seculo conferre docent.  
Salutabuntur ergo à nobis:

*Albus I de conversatione civili.*

*Politica.*

*Ioan. Rigai, Ottō. Casim.*

*Barthol. Kekermanni.*

*Erbica { Mauritiiana.*

*Ioannis Casti.*

*Abrab. Sculteti.*

*Erbica Christiana*

*Lambert Danei*

*Nicol. Reusneri.*

*Martini Nigri.*

*Politica*

*Monita & exempla*

*Iusti Lipsi*

*politica*

*de constantia.*

	de magnitudine Romanæ		Michaelis Hospitalis
	Stoicorum philosophia.	Poëmata	Salustii Bartasii
	Kekermanni		Ludovici Biggi.
Politica	Danai	De moribus gentium	Ioan. Bohemi
	Gilkeni		Alexandri Sardi.
	Casi.		Nicolai Damasceni.
Gul. Perkinsi de usu linguae		Anatomia ingeniorum & scientiarum	Antonii Zara.
Ioan. Ioviani Pontani de sermone Hippolyti à collibus ars silendi.		Cultura ingeniorum	Antonii Sansovini Iesuit.
Theod. Zwingeri morum Philosophia Poëtica		Ioan. Barclai Icon ingeniorum	
Edmundi Richeri obstetrix animorum		Antonii Mohini de diversa hominum natura cognoscendorum	
Ioan. Caselli πολιτικός.		Gregor. Richteri	Politica
Gul. Badesani stimuli virtutum.		axiomata	Oeconomica
Ioan. Vitalis speculum morale totius sacra scriptura.			Historica.
Iacobi Omphalli de civili politica		Aphorismi	Lamb. Danai.
Petri Plateani de recto usu moralis Philosophia.		Politici	Caroli Paschali.
Ioan. Ludovic. Vivii introductio ad sapientiam			Petr. Andr. Canöber
Gul. Veltodi ars domandarum adfectionum.			Ioan. à Chokier.
Moralis interpretatio errorum Ulyssis.			A. Aldrovandini.
Moreti liber de moribus juvenum.		Observationes politica	Ioã. Bapt. Lencet.
Ioan. Sulpitii de moribus.			Michael. Piccartii
Ioan. Spinai de tranquillitate animi.		Friderici Achillis Duc. Wirtembergici de principatu provinciarum Europæ.	
Gul. Petrei Morosophia.		Theatrum	Theodori Zwingeri
Veteris Vigellii speculum stultorum Sapiens stultitia Deutsch.			Lani Boissardi,
Iacobi Loderi navis stultifera.			Ravisi Textorii.
Ioan. Neni de humana stultitia triumpho.		Becanus Goropius.	
		Philip. Comineus.	
		Lani Gruteri	discursus in Taciti
			florilegium Esthuo-
			politium.

Annibalis

*Annibalis Scoti commentarii in*  
*Tacitum.*  
*Vir politicus* { *Ioan. ab Affeln.*  
                       { *Georg I Loys I.*  
*Ernesti Rbeg I de hominis politici*  
                       *persona & officio.*  
*Theſaurus. polit.* { *Casparis ab Ens*  
                           { *Philip. Honor I*  
*Simon. Goularti Morum Philoso-*  
                       *phia Historica.*  
*Otton. Casmanni Biographia.*  
*Ioan. Busſei de ſtatibus hominum.*  
*Speculum omnium ſtatuum Rodo-*  
                       *vici Episcopi Zamorensis.*  
*Alexand. ab Alexan. dies geniales.*  
*Majoli Episcopi caniculares.*  
*Varie lectio.* { *Ant. Mares I.*  
                       { *Georg I Piſtor I.*  
                       { *Petri Criniti.*  
                       { *Hiero. Mercurial.*  
*Nicol. Belli diſſertationes Politicæ.*  
*De Republ.* { *Ioan. Bodini*  
                   { *P. Gregor I Tholoſani*  
                   { *Fr. Patri I.*  
*Conſul. i Chir I de converſatione*  
                       *mutua & civili.*  
*Philip. Cluver I Germania.*  
*Petr. Bere I res Germanicæ.*  
*Historici Indorum.*  
*Thoma Mori Utopia*  
*Mundus alter & idem Mercur I*  
                       *Britannici.*  
*Polydori Vergill de inventor. rerū.*  
*Jacob. Pontani Attica Bellaria.*  
*Flamin I Nobil I de* { *voluptate*  
                               { *felicitate*  
                               { *honore*

*Hieron. Oſor I de gloria.*  
*Bartholom. Chaffſnai gloria mūdi*  
*Iacobi Typot I de fama.*  
*Ioan. Nideri Fornicarium.*  
*Prudentia ſimplex & innoxie jo-*  
                       *coſ.*  
*Celi Rhodigini Antiquæ lectiones.*  
*Ioan. Heiſfeldi Sphynx Philoſoph.*  
*Pauli Iov I Viri Illuſtres.*  
*Philippi Camerari Horæ ſub-ſiſus.*  
*Ioan. Bœch I obſervationes in Pſal-*  
                       *mos.*  
*Ioan. Frider.* { *Critica Chriſtiana*  
                       { *Matenes I* { *de potu ſoporifero.*  
*Gul. Stuk I Antiquitates Convivior.*  
*Andrea Naucratis Dipnoſophiſtica*  
*Eryc I Putecani Saturnalia.*  
*Casparis ab* { *Epidorpidæ*  
                       { *Ens* { *Apparatus convivialis.*  
*Georg I Piſtor I ſermones Convi-*  
                       *vales.*  
*Iani Cornar I de convivior. veterū*  
                       *Græcorum & hoc tempore Ger-*  
                       *manorum ritibus.*  
*Leonardi Culmanni de conviviiſ*  
                       *licitis & illicitis.*  
*Ioan. Gaſt I ſermones C niviales.*  
*Othmari Luſcin I joci & ſales*  
*Mich aël Scoti* { *menſ.*  
*Theobaldi Anguilberti.* { *Philof.*  
*Matthæi Tymp I menſa Theolophi-*  
                       *loſophica*  
*F. odolphi Goclen I de conviviiſ.*  
*Eraſ. Roterodami* { *colloquia*  
                               { *adagia.*  
*P. Baiſ I de re veſtliariæ.*  
                               *H*                   *Kenicſe*



**Benicke Suchs.**  
**Der Groschmeußler.**  
**Nirchhoffs Wendenmuth.**  
*Bartholomai Burchelati Charites*  
*sive convivium dialogicum.*

*Ioan. Peregrini sermones conviva-*  
*les.*

*A. Ars vexatoria.*

*Ioan. Adelphi Margarita facetia-*  
*rum.*

**Erquickstunden Didaci Aph:**  
**Casparis Dornau Amphitheatru**  
*Sapientia Iocoferia.*

*Ioci Andrea Arnaudi.*

*Vincenti Madl deridiculis.*

**Facetia** { *Poggi Florentin.*  
*Pebell.*  
*Frischlini.*  
*Cunradi Peutingeri.*  
*Francis. Philadelphii.*  
*Domitl Brusoni.*

**Iocoferia** *Ottonis Melandri.*

**Fabula** { *Æsopi.*  
*Phadri.*  
*Aphthoni.*  
*Gabrie.*  
*Fabrie.*  
*Abstemii.*  
*C. Iulii Higini.*  
*Avieni.*  
*Cyrilli.*  
*Gabr. Faëрни.*  
*Ioach. Camerari.*  
*Pantaleon. Candidi.*  
*Alberti Erasmi.*  
*Ioan. W alchri.*

**Emblemata** { *Dionysii Lebel.*  
*An. Alciati.*  
*Ioach. Camerari.*  
*Gabriel Rollenhagen.*  
*Fulv. Montanea.*  
*Hadriani IunL.*  
*Paradini.*  
*Ioan. Sambuci.*  
*Ioan. Bapt. Porta.*  
*Michaël. Scoti.*  
**Physognom.** { *Ioann. ab Indagina.*  
*Rodolphi GoclenL.*

**Il Galateo di Giov. Casa.**

**Il Cortegiano perfetto di Bal-**  
**dassare Castiglione.**

**La conversation civile di Stefano**  
**Guazza.**

**Institution dell'huomo d'Ale-**  
**sandro Piccol'huomini.**

**La piazza di tutte le scienze di**  
**Tomaso Garzoni.**

**Dela vita civile di Fabritio Ca-**  
**pani Dosimo.**

**Lettere piacevoli di Francesco**  
**Turchi.**

**Discorsi morali, Politici e mili-**  
**tari.**

**Giov. Battista Possevino Dialo-**  
**go del' honore.**

**Il Trinciante di Cervio.**

**Discorsi Politici.** { *di Paolo*

**La perfettion civile** { *Paruta.*

**L'hore di recreatione di Ludovi-**  
**co Guicciardino.**

**La pazzesca pazzia di Gabriel**  
**Pascoli di Ravenna.**

Il galanthuomo di Bernardino  
Pino da Cagli.

Le dieci Veglie de gli ammen-  
dati costumi.

Bella creanza delle donne d'A-  
lessandro Piccol' huomini.

Riso di Democrito d' Antonio  
Philareno.

Microcosmo, trattato de ll' huo-  
mo in tutte le forme per com-  
parationi.

Edificio del corpo humano di  
Francesco Sansovino.

Avvertimenti Politici di Fran-  
cosco Guicciardino.

Auvedimenti civili di Giov. Frã-  
cesco Lottini.

Concetti politici di Francesco  
Sansovino.

Facetie motti e burle di Domini-  
co.

Avvertimenti Christiani di Fran-  
cesco d' Avila.

Detti e fatti piacevoli A.

Il giardin dei fiori curiosi d' An-  
tonio Torquemada.

La synagoga de gli ignoranti di  
Tomaso Garzoni.

L' hospitale de' pazzi incurabili.

La sagesse du Pierre le Charron.

*Absoluto systemate universali, quod concinnare capimus, ad particulares  
Ordines Ethopraxian Nostram accommodabimus; ad quod opus à nobis ad-  
hibebuntur, quos ex gr. nominamus.*

#### DE PRINCIPE.

Xenophontis Cyropædia.

Plutarchi Præcepta gerenda Reip.

Dionis Prusæi de regno.

Academie Françoise du Pierre de  
la Primaudaye.

Guillaume de la Taissonerie de re-  
medes contre toutes perturba-  
tions.

Les devoirs des hommes par Bern.  
de Girard.

Jean Morely de La discipline & po-  
lice Chrestienne.

Discours politiques & militaires  
du de la Noue.

Jean du Thier, louange de la folie.

Les diverses } Pierre Messie.

lecons du } Antoine du Verdier.

An. des estas empires & principau-  
tez du monde.

Les nouvelles de Bruscamble.

Les heures perdues A.

Le Catholicon d' Espagne.

La gazzette Françoise.

Rabalaiz.

Les essais de Michel S. de Montai-  
gne.

Examen de Ingenios para las sci-  
encias por el Doctor Ivan  
Huarte.

Floresta Espagnola de apotegmas  
por Melchior de Sancta crux.

Libro de entretenimiento por  
Picara Justina.

Themistius cū cōmentariis G. Remi.  
Isocratis de regno, ad Nicoclem.

Const. M. de administrando imperio

*Agapeti Schedæ regis.*  
*Vincenti I Castellani de officio Regis*  
*Stephani Pigbi Hercules Prodi-*  
*us.*  
*Anton I Guevaræ Horologiū Prin-*  
*cipum.*  
*Hippolyti à Collibus Princeps.*  
*Iacobi. I. Magnæ Britannia Regis.*  
*δῶρον βασιλικόν.*  
*M. Anton I Natta de doctrina*  
*Principum.*  
*Bernard. Gualandì de optimo*  
*Principe.*  
*Belluga Valentini speculum Prin-*  
*cipum.*  
*Frider. Glaseri Oculus Principis.*  
*Ioachimi Hepperi Ferdinandus.*  
*Erasmi Roterodami Philippi Pa-*  
*negyr.*  
*Heroldi Maximil. Pamegyric.*  
*Casparis Dornau I Cesar. Austria-*  
*cor. Pamegyrici.*  
*Ioan. Lauterbach I princeps Chri-*  
*stianus.*  
*Lall Zech I Principatus admini-*  
*stratio.*  
*Ioan. à Iesu Maria instructio Prin-*  
*cipum.*  
*Ioan. Anton I Viperani de regno.*  
*Henric I Furnes I de perfecto Prin-*  
*cipe.*  
*Cunr. Rittersbusi optimus Prin-*  
*ceps Trajanus.*  
*Cyri Spontoni Corona Principum.*  
*Ioan. Ludovici Pivis vigilia in so-*  
*rium Scipionis.*

*Michaël. Fyzingeri thesaurus Prin-*  
*cipum in Europa viventium.*  
*Erasmi Roterod.*  
*Martini Rossai.*  
*Ioannis Mariana.*  
*De institutio-*  
*ne Principum* { *Bellisari Aquivi.*  
*Hieron. Cagnoli.*  
*Sebastiani Fox I.*  
*Ioan. Casell.*  
*Cunr. Heresbach I.*  
*Del governo di Francesco San-*  
*sovino.*  
*Discorsi sopra la ragion di stato*  
*del Botero.*  
*Le corone de' Principi Christiani*  
*di Michaël Lonigo.*  
*Dialogo di M. Gio. Maria Mem-*  
*mo.*  
*Institutione del Principe Chri-*  
*stiano d' Alessandro Piccoli*  
*huomini.*  
*Il Machiavello.*  
*Le manuel Royal du Iean Bre-*  
*che.*  
*Le miroir Francois.*  
*Le cabinet du Roy.*  
*L' Antimachiavel.*  
**DE AULIS.**  
*Constantini Casaris de ceremoniis*  
*aulicis, sacris & profanis.*  
*Augustini Niphi de re Aulica*  
*Hippolyti à Collibus Palatinus.*  
*Ulrici Hutteni Aulicus.*  
*Henric. Petrei Herdes.*  
*Guliel. Insulani* { *de vita*  
*Ioannis Pini.* { *Aulica*  
*Ioan.*



*Ioan. Casell aule Magister.*

*Ant. Guet* { *Schola aulica.*  
*suscitabulū aulicum.*  
*de contemptu vite*  
*aulicæ.*

*Eberhardi à Weibe Aulicus Poli-*  
*ticus.*

*Decem prædicamenta Aulici Hi-*  
*span.*

*Ægidi Periantri Nobilitas Mo-*  
*guntina.*

*Annibal. Scoti commentarius in*  
*in Tacitum.*

*Il specchio dei Cortigiani di Pie-*  
*tro Aretino.*

*Arte aulica di Lorenzo Duci.*

*Il cortigiano di Balasere Casti-*  
*glione.*

## DE CONSILIARIIS.

*Laurenti Grimall de optimo Se-*  
*natore.*

*Libori à Bodenstein Senator.*

*Christophori Besoldi de consilio.*

*Iaroslai L. Bar. à Smirziz.*

*Hippolyti à Collibus* } *de cōsiliariis.*  
*Furl Ceriolani*

*Herman. Kirchneri Cancellarius.*

*Consiglio a configlieri del Sig.*  
*Innocentio Cibo.*

*Institution del Cancelliere di*  
*Giovanni Tetio.*

*La prattica e theorica del Can-*  
*celliere di Giacomo Marzari.*

*Il Secretario di Battista Guarini.*

## DE NOBILIBUS.

*Philonis Iudei de Nobilitate.*

*Hieron. Ofori de Nobilitate civil*  
*& Christiana.*

*Hippolyti a collibus Nobilis.*

*Iodoci Clichtovei* {

*Andr. Tiraquelli*

*Simon. Simon*

*A. Bongars*

*Georgi Vechneri*

*De nobilit.* { *Ioan. Sturm.*

*literata* { *Salomon Sparnagell.*

*Philippi Marini de institutione*  
*nobilitatis.*

*La nobilità civile e Christiana*  
*d' Onofrio Zarrabini.*

*De la nobilità* { *Speron Speroni.*  
*di* { *Torquato Tasso.*

*Il gentil' huomo di Matio Justi-*  
*nopolitano.*

*Dialogues de l' origine de la nobles-*  
*se par Erym. de Froydeville.*

*Institution d'une fille de noble mai-*  
*son par Jean Bellere.*

*Le Chevalier Francois.*

*Il Cavallier Avisado.*

## DE MAGISTRATIBUS.

{ *de Republica.*

*Platonis* { *Atinos.*

{ *Epinomis.*

*Plutarchi* { *præcepta gerenda Reip.*  
*Apophthegmata.*

*Caroli Sigoni de Magistrat. Rō-*  
*manor.*

*Alex. Salmanca de Repub. Chri-*  
*stiana.*

*Baronis SircinI de consulibus Romanorum.*

*Hadr. Saravia de imperandi auctoritate.*

*Ioan. Casa Sphera civitatis.*

*Caspar. Contareni de repub. Venetiae.*

*Nicolai BiesI*

*Iacobi Simanca* } *de Republica.*

*Cyriaci Stozza* }

*Andrea FricI de emendata Republica.*

*Francis. GoëtalsI de felici & infelici Republica.*

*Wilhelmi Zepperi de legibus Mosais.*

*Franc. Petrarcha de republ. optimè ordinanda.*

*Arnoldi ClapmarI de secretis Republicae.*

*Frid. Tilemanni de everf. Rerum publicae.*

*Casparis DornavI Menenius Agrippa.*

*Franc. LucI de optima Reipub. gubernatione.*

*Compendio universale de la republica di Pietro Maria Conzarini.*

*Jean de Marconville, La maniere de bien policere la Republique.*

*Guill. de la Perriere, Le miroir Politique.*

*Joan. Talpin, La police Chrestienne.*

## DE SACERDOTIBVS.

*Onuphri PanvinI de Episcopatibus & titulis Cardinalium.*

*Michaël. Medina de continentia sacrorum hominum.*

*Ioan. Gersonis de excommunicatione.*

*Martini Buceri de vera animarum cura.*

*Ludovici Granatens. disciplina vitae spiritualis.*

*Henric. Bullingeri adhortatio ad omnes ministros.*

*Iacob. Alvarez de vita spiritualis perfectione.*

*LaurentI Cuperi theatr. mundi minoris.*

*Rud. Gualtheri de officio Minist. Ecclesiae.*

*Iacob. MiddendorpI histor. monastica.*

*Nicol. HemmingI de officio Pastoris Evangelici.*

*Henr. Petrei Icti de monasteriis eorumq. fundatione.*

## DE MILITIBUS.

*VegetI de re militari cum comment. SteewechI.*

*Onofandri Strategicus cum commentar. à Chokier.*

*Leonis Imperatoris de bellico apparatu.*

*Hieron. Camnei de arte bellica.*

*IulI Ferreti de re & disciplina militari.*

*Nicolas*

Nicolas Machiavel de arte milita-  
ri.

Henrici Breulzi de militia togata  
& armata.

Discursus Politici & militares, A.

Seracemeta { Frontini.  
Polyani.  
Elia Reusneri.

Camillo Agrippa, Trattato di  
scienza d'arme.

Specchio della guerra di Franc.  
Pani garola.

Arte militare di Marco Savor-  
gnano.

La militia d' Antonio Cornaz-  
zano.

Discorsi de la { Bernard. Rocca.  
guerra di { Ant. Centorio.

A discours de la police militaire.

Discours sur la castremeration e  
discipline militaire par de Choul.

Rober. Valturin de la discipline  
militaire.

Discours militair, du de la Nove.

Theorica y practica de guerra  
per Bern. de Mendoza.

Dialogos de l'arte militar di  
Bernardino de Escalante.

#### DE LEGATIS.

Alberici Gentilis.

Caroli Paschali.

Herman. Kirchneri.

L' Ambassadeur de Jean Hotto-  
man.

DE PEREGRINAN-  
tibus.

Iulii Belli Hermes Politicus.

Murtini à Baumgarten peregrina-  
tio.

De arte peregrinandi An.

Hilarl Pruchmal, de arte apode-  
mica.

GeorgI LoysI pervigilium Mer-  
curi.

OrymoldI syndromus literatorum  
peregrinantium.

Hercules Prodicius Pighi.

Hieronym. Treutleri de peregrina-  
tione.

Methodus { Theod. Zwingeri.

Apodemica { Henrici Ranzovl.

#### DE RE OECONO-

mica.

Xenophontis precepta Oeconomi-  
ca.

BelisarI Aquivivi de gubernanda  
re familiari.

Joan. Casz Oeconom.

Orton. Casman. Oeconomia Theo-  
sophica.

Bernhardi Sythestri de cura & re-  
gimine rei familiaris.

Timpleri Oeconomia.

GeorgI Vivionni de officio probi  
patrisfamilias.

An. Tiraquelli de legibus connubi-  
alibus.

Gilberti Nozereni { de officio fa-  
Joan. Dinkell. { mulorum.

Ioã du Tillet Greffier, Institutio  
du pere Chrestien a ses enfans.

DE



# DE RE SCHOLASTICA.

Plutarchi de puerorum educatione.

Introductio schola	[	Herbornensis.
		Altorfina.
		Coburgensis.
		Bremensis.
		Gandershemensis.
		Gorlicensis.

Tomus III. Ioannis Sturm de re  
scholastica.

Antonii Riccoboni de gymnasio Patavino libri VI.

Hermanni Cappi Padonomia scholastica.

Cl. Dugna institutio scholarum.

De institutio- ne puerorum.	[	Iacob. Sadolero.
		Ioan. Sturm.
		Nicod. Frischlini.
		I. II. Alexandrini.
		Ioach. Camerari.

Hos quasi in antecessum exhibemus; ut propalam fiat: ex quibus fontibus hauriri sinus praecepta ad vitam civilem. Autorum verò, quos indigitavimus, pars maxima penes nos est; partem inquirimus; partem, credo, etiam ignoramus; paulò post ex amicis, rescituri, quod deficiat. Nemo enim unius ad unguem novit omnia: nemo unius ita diffusis opibus; ut possideat omnia. Inventus verò Noster cum delectu agat: non quemvis ex isto numero sibi deligat: sed acquiescat in paucissimis, hac aetate, quos pro lectione prima nominavi. Sibi enim, si sapit, aut sapere etiam posthac cupit, dictum putet: Magnus liber, magnum malum; neque tam sibi multa evolunda, quam multum legendum existimet. Deus opt. max. faxit: ut

Quidquid in hoc campo calcabimus, illi rosa fiat.



